



BIBLIOTECA HOSPITAL REAL		
GRANADA		
Sala:	A	
Estante:	16	
Número:	481	



1.
14-333

54

i. 119681561

Vol. Colle della Compania
IOANNIS AEGIDI

R-5200

TRVLLENCH
d'eu de Granada **VILLÆ - REALIS** *CSSRA.*

*Composto eletto per Dio
di Moncengio.*


REGNI VALENTIÆ S. T. D.
ET INSIGNIS COLLEGII
Corporis Christi Primarij, &
perpetui Collegij.

TRACTATVS DE
IVRE PAROCHI
seu parochiali, & de Vicario perpetuo
ac temporali.

• (t) •

VALENTIÆ.

Apud Claudium Macè, iuxta Seminarium
Corpor. Christi, 1647.



APPROBATIO

DOCT. JOSEPHI DO,
Præbyteri, Rectoris Parochalis
Ecclesiae Sancti Martini
Valentino-

rum.

X commissione Peril-
lustris Dño Don Petri
Martinez Ruuio Pres-
byteri I. V. Doctoris,
Decanus, & Canonicus Eccle-
siæ Terulensis, ac pro Illustriſſi-
mo, & Excellentissimo D. Don
Fratre Isidoro Aliaga Dei, &
Sanctæ Sedi Apostolicæ gratia,
Archiepiscopo Valentino , de
Con.

Consilio Status Regiæ Maiesta-
tis, &c. Officialis, & Vicarij Ge-
neralis in præsenti Ciuitate, &
Diœcesi Valentina.

Tractatum de iure Parochi, à
Ioanne Aegidio Trullench sele-
ctarū virtutum candore cōspi-
cuo, huius nostri sæculi Doctore
egregio, claro Theologiae mo-
ralis lumine, a primè elabora-
tum, vigili oculorum luce lu-
straui, & totū offendī orthodo-
xum, morumq; integritati con-
sonum. Debitā ergo vestræ do-
minationis assequatur licentiā,
vt lucem aspicere valeat, & prœ
lo in commune bonum man-
dari.

dari. Die xv. mensis Februarij,
ann. M DC XXXVII.

Doct. Iosephus Do.

Imprimatur.

Imprimatur.

Doct. Martinez

Vic. Gen.

Monllor Fisc.

Aduocat.



**VENERABILI;
ET
TREMENDO
EVCHARISTIÆ
MAXIMO
SACRAMENTO,
Dicat, Offert,
Sacrat.**



ЛІБІДІЯ

Т

ОДИНОЧКА

БІЛОСІРУХА

САНДАЛІ

ОПІЧКАНДІЛ

ДІДО-ДІДІ

ДІДОВІ

ДІДОВІ



TRACTATVS
DE IVRE PAROCHI , SEV
PAROCHIALI , ET DE
Vicario perpetuo , ac
temporali.

E Officio Parochi eius.
que oblatione multi scrip-
serunt, & inter recentio-
res Poleuinus in suo Li-
bello de officio Parochi,
& copiosius Augustinus,

Barbosa in suo pastor ali solicitudinis, sue de officio, & potestate Parochi; de iure autem Parochi, seu in quo consistat ius Parochi, Parochū & parochiam constituens, pauca concinnata, ordineq; digesta reperiuntur, ideoque amicorum persuasione inductus aliqua ad hoc institutum pertinencia, ex varijs Doctoribus cole gi.

A

CA-

CAP V T PRIM V M.

De institutione parochiæ , seu parœciæ,
& parochorum , eorumque præ-
eminentia.

Antequam tamen explicemus , in quo
consistit ius parochiale , videndum est,
quid sit Parochus , parochia , á quo ea-
rum diuisio : & quanta sit Pa-
rochi dignitas.

S V M M A R I V M.

Parochi nominis origo , & æthimologia , num. 1.
Quid sit Parochus . ibid.

Parœciæ , seu parochiæ æthimologia , & definitio ,
num. 2.

Paræcorum , & paræciarum institutio , & á quo , &
quando initium habuerit , num. 3.

Paræcus , quibus nominibus in iure donetur , n. 4.

Paræci præminentia & dignitas , & an sit Præ-
latus , num. 5. 6. 7. 8. 9.

Beneficia curata non veniunt absolute nomine bene-
ficiorum , ideo horum debet fieri mentio in impe-
tratione , num. 5.

Rector in sua Ecclesia tantam habet potestatem ,
quantam Prælatus cum Capitulo in Ecclesia Col-
legiata , num. 6. An sit proprié Prælatus , ibid.

In sua Ecclesia est velut in domo propria , vt
di-

De iure Parochi.

3

dicitur, Imperator, ac Rex, num. 7. In ea debet præcedere omnes alios, estque ibi præferendus Decano, & omnibus capitularibus Collegiatae, venientibus ad suam Ecclesiam processionaleiter, num. 8.

Rectores succedunt 72. discipulis : assumuntur ab Episcopis in partem solitudinis, num. 9.

Status Parochorum in ordine est proximus statim Episcoporum, num. 9. Ipsis incumbunt opera hierarchica, post Episcopos, & sunt in statu perfectionis, ibid.

Rector venit nomine pastorum, num. 10. Non vero nomine dignitatis, ac proinde non committitur ei rescriptio, ibid.

Parochialis Cura tanto est præciosior, quanto est periculosior, num. 11.

I **Q**uod primum dico, hoc nomen Parochus originē trahere à nomine Græco πάροχος parochos, hoc est parochus, id est præbens ; olim enim Romæ viri deputati ad præbendum Legatis publice Romam missis cibum, & potum, & alia necessaria parochi dicebātur : unde ad horum similitudinem presbyteri, qui ab Episcopis alicui Ecclesiæ præficiuntur, ad verbum diuinum, Sacra menta, &

alia spiritualia , sub ministranda fidelibus Parochi dicuntur. Alij verò , & proprius, ut Ioannes Filefacus *in suo tractatu de parœcia, cap. i.* existimat, parochū dici quasi paroecum *από το παροικην* hoc est ab aco-lendo, & iuxta habitando, vnde paroecus est, & dicitur , ut docent Filefacus super Azor *tom. 2. lib. 3. cap. 12. quæst. 1.* & Barbosa *de offic. & potestat. Paroch. cap. 1. n. 3.* accolà, incola, seu habitator in loco , ac proinde non parochus, sed paroecus est dicendus. Est igitur paroecus, sed ut vulgo dicitur, parochus, presbyter Ecclesiæ paroeciali ab Episcopo deputatus ad verbum diuinum, sacramenta, & sepulturam fidelibus ministranda.

2 Quoad 2. dico, hoc nomen *Parochia*, originem ducere à Græco nomine *παροικία* , parichia, quod incolatus & viciniam significat. Sic 70. Interpretes Psalm. 119. Parichiam dixerunt, Latina verò transla-tio , incolatum , significat ergo parochia accoliarum conuentus sacramque viciniā, ut docet Filefacus sup. qui aduertit pro-prie,

priè, non parochiā, dicitur paroeciam di-
cēdam esse. Coligitur etiā ex Aug.lib.14.
de ciuit. Dei, vbi sic ait: *Presbyter fuit quidam*
nomine restitutus in parœcia calamenfis
Ecclesiæ. Panor. tamen in Rub.de Parochis
num. 1. ait, parochia dicitur partitio cu-
ræ: idem tenet Gonçalez ad reg. 8. Can-
cell. gloss. 6. nu. 39. quem sequitur Barbosa
de offic. & potest. Parochi, c. 1. num. 16. nam
populi cura partita fuit inter Ecclesiæ
parochiales: Vnde secundum Panor. &
Barbosam cum alijs sup.n.26. & 19. Paroe-
cia, seu paroecialis, aut parochialis Ec-
clesia est locus in quo elegit populus ali-
cui Ecclesiæ deputatus certis limitibus
constitutus. Sumitur autē aliquando pa-
roecia largè, scilicet pro toto Episcopatu,
seu tota Episcopi dicecesi, ut patet ex c. 1.
de raptoribus, & alijs quos citat Hostiēsis
in Sum. tit. de Parochijs, num. 2. lit. B. & latē
Filefacus sup. vbi probat, paroeciam pro-
miscue pro Dioecesi, & ē contra antiqui-
tus usurpari. Etenim olim parochiæ de-
strictæ non erant, sed Episcopi omnes di-

cebantur totius Diœcesis animarum curam habere, & omnes illius decimas percipiebant, & inter se, & alios Clericos dispensabant, quas reliqui Clerici de manu Episcopi percipiebant, & curam exercabant, *cap. i. vers. Has vero decimas, 17. q. 97.* Gonçalez *sup. num. 80.* Barbosa *loco cit. nu. 17.* quod duravit usque ad Dionysium Papam, qui ut infra dicetur *num. 3.* & tenet Barbosa cum alijs *num. 18.* diuissit parochias & singulis suū territorium designauit. Vocatur etiam parochia, ut probat Filefacus *sup. cap. 2. ex varijs concilijs, titulus, plebs, possessio, territorium, Basiliaca, & Ecclesia; communiter tamen, tam in iure, quam à DD. sumitur paroecia, pro Ecclesia particulari, cui presbyter ab Episcopo est deputatus ad sacramenta, & alia spiritualia populo ministranda: sicque unius presbytero regenda, & curanda committitur, cap. i. & alijs, de parochijs & Clemente dudum de sepult. Vide Azor sup. q. i. §. secundo queritur. Diœcesis autem idem est quod regio, ut docet Filefac. c. i. cit. in fine,*


3 Quoad 3. Ioānes Filescus in suo tract.
de origine Paroeciarum, cap. 4. in princ. exi-
skimat, paroecorum institutionem initium
habuisse à B. Petro, quis enim (aic) nega-
bit B. Petru Romæ aliquot instituisse Pres-
byteros, qui fideles fidei rudimenta do-
cerent, Baptismum, & alia Sacra menta mi-
nistrarunt. Quod idem fecerunt (ioquit)
Anacletus I. Pontifex Romanus qui Cle-
menti successit, epist. 3. Higinius post B.
Petrum Nonus Romanus Pontifex plures
presbyters in unoquoque titulo, seu pa-
roecia constituit, in quibus unam ceteris
præesse voluit, quem id circa Carditalem
id est principalem nominavit. At quod
certius, & clarius constat, est paroeciarum
institutionem, & earum diuisionem or-
tum habuisse à Dionysio Pontifice Roma-
no 25. seu 24. post B. Petrum, qui floruit
secundum aliquos An. Dñi 266. & secun-
dum alios An. 260. & secundum Filescū
An. Dñi 299. Ita docet Abb. Panor. rub.
de Parochijs. Hostiens. sup. num. 1. & idem
Filescus supra cit. Nauar. infra, & Barbo-

sa de offi. & potest Parochi, cap. I. num. 18.
hic enim Pontifex singulas Ecclesias, sin-
gulis Presbyteris designauit in parochias,
vt unusquisque ius proprium haberet, nec
vnu s alterius parochiae terminos inuade-
ret. Patet 13. q. I. cap. Ecclesias, hanc autem
paroeciarum diuisionem renouauit Urba-
nus II. vt docet Nau. cap. placuit de pænit.
dist. 36. num. 4. § responderi, qui teste Na-
varro, sub anno circiter millesimo cente-
simo floruit scilicet An. 1088. abierat e-
nim aliqua ex parte in dissuetudinē Dio-
nysij dispositio, ob idque renouatam ab
Urbano II. de quo vide Nau. sup. pag. 585.
in meis, num. 4. cit. Vide etiam Fuscum de
visit. Ecclesiæ lib. 2. cap. 2. qui Hostiensi, &
Panorn it. consentit. Vide etiam Filescacū
sup. cap. 4. vbi refert, quando, & à quo, ini-
tium habuerint Paroeciae in Gallia, Italia,
Africa, Græcia, & Hispania, qui §. in His-
pania, refert, Dionysium Pontificē Rom.
epist. 2. ad Seuerum Episcopum, illum ipsum
monuisse, vt Ecclesias parochianas per
Cordubensem Prouinciam in Hispania
con-

constitueret. Epistolam Dionysii tanti pastoris dignū inuenies in 1. tom. Concil. pag. 159. in meis, qui ut testatur Seuerinus Binus Collector Concil. floruit. An. Dñi 260. Idem Seuerinus pag. cit. existimat divisionem parochiarum nō à Dionysio, sed ab Euaristo Papa ortum habuisse, qui flouruit An. Dñi 112. Vide eundem Binum codem tomo ubi sup. vers. Titulos.

4 Nota Parochum, sed Parœcum in iure vocari Rectorem illius Ecclesiæ populi, cui præficitur in cap. sicut unaquaque 21. q. 3. Ita dicit Innoc. II. Sicut in unaquaque Ecclesia unus Presbyter debet esse, ita ipsa quæ sponsa, scilicet eius uxor dicitur non potest diuidi inter plures Presbyteros, sed unum tantummodo habeat Sacerdotem, qui eam ostendit, & sincere regat. Et cap. vii quisq; 3 de vita & honestate Clerico. Concil. Martinense ita habet: Ut quisque Presbyter qui plebem regit Clericum habeat, &c. & cap. i. de Capell. Monach. Urbanus III. disponit, quod in Ecclesijs ubi Monachi habitant, populus non per Monachum, sed per Ca-

pella-



pellanum ab Episcopo institutum regatur; ideoque DD. in rub. de Parochis, communiter Presbyterū Ecclesiae Paroecialis vocant populi Rectorem, & passim in Clementina dudum de sepult. Ita Góçalez sup. 8. reg. Cancell. glossa 6. num. 38. An autem Vicarius perpetuus vocari possit Rector, dicetur infra cap. 15. dub. 3. vers. Sed quæres. Vocati sunt etiam olim Presbyteri Cardinales, id est, principales; cum enim antiquitus Romæ in singulis titulis, seu Paroecijs plures reperirentur Presbyteri, ijs præficiebatur unus, qui idcirco diccretur Presbyter Cardinalis, id est, principalis. Et non tantum Romæ, sed etiam extra urbem Paroeci nominati sunt Presbyteri Cardinales, ut late probat Ioannes Filescus de orig. Paroeciarum cap. 3. §. ex illo, & §. extra urbem. vocantur etiā pluries in iure Presbyteri absolute, vel cum addito Presbyter parochianus. Quartō vocantur plebani, ex cap. cum olim de præsumpt. Demum vocantur Curiones, sive Curati à cura, quam in suas oues exercere debent. Vide Filescum

facum sup. & Barbosam de offic. & potest.
Parochi, cap. 1. à num. 4. usque ad n. 16.

5 Quoad 4. dico: Ecclesiam paroecia-
lem, eiusque Paroecum maximam habe-
re præminentiam, ut sentit Rota decis. 1.
num. 3. de offic. Archipresbyteri in antiquis.
Prima ergo præminentia est, ut nomine
beneficiorum, beneficia curata non ve-
niant, cap. cum in illis in princ. 16. de præben-
dis, lib. 6, & alijs de quibus Gonçalez super
octauam regulam Cancell. gloss. 6. nu. 1. & 2.
hinc sit quod si in impetratione beneficij
non fiat mentio, quod sit curatum, gratia
est ipso iure nulla, ex Felino ex cap. in
nostra corollario 10. de rescriptis, & alijs
quos ipse Gonçalez citat sup. num. 3. & 4.
Secunda præminentia est, quod Rector
in sua propria Ecclesia dicitur Prælatus,
ex cap. in apibus 7. qnaest. 1. in qua habet
tantam potestatem, quantam habet Præ-
latus cum Capitulo in Ecclesia Collegia-
ta, ut pulchre notauit Abbas in cap. 1. sub
num. 28. vers. Si vero in Ecclesia de do-
lo, pro quo allegat bonam glossam in
cap.

cap potuit 4. de locato & conducto, in verbo
expelli, & cap. dilectis, de Capell. Monach. &
cap. placuit 12. q. 2. cum cap. Abbatibus ea-
dem quæst. colligitur etiam ex cap tu a de
Clerico ægrotante; ita Gonçalez sup n. 100.
idem tenet Filescus de origine Parœcia-
rum, cap. 4 §. quam plurimi, vbi sic ait. Ve-
rum qui sincere, & sine ullo odio, atque
malignitate de Parochorū dignitate sen-
tentiam tulerunt, illos Prælatorum nomi-
ne censendos esse existimarunt : quod
(inquit) colligitur cap. cum ab Ecclesiarum
de offic. ordin. & cap. cum tua, citato, & ha-
bet Archid in cap. animarū de constit. lib. 6.
& refert. Paroecos non secus atque Epis-
copos in Concilijs, saltem prouincialibus
concedisse, ac nonnumquam subscriptissim
proprio nomine, quod ex varijs Concilijs
confirmat; ac proinde idem Filescus ibi-
dem vocat Paroecum primi Clerum quia
dignior in Clero est; is enim primus e Cle-
ro censendus est, cui est Ecclesia credita
vna cum cæteris ministris, & plebe. In
Synodo etiam Dertuseñ. expreſſe Paro-
chi

chi Prælati nomine donantur. At in rigo-
re Prælati non sunt : nam *Clemen dudum,*
de sepult. §. in Ecclesijs, Rector, & Prælatus
separatim ponuntur. Ita docet Azor *to. 2.*
lib. 3. cap. 25. sub finem.

7 Tertia præminentia est , quod Re-
ctor in sua Ecclesia , velut in domo pro-
pria dicitur Imperator , & Rex , *cap. duo*
23.q.4. Abb. in cap. venerabilem, sub nu. 19.
de elect. ita Gonçalez sup. num. 102.

8 Quarta est , quod Rector intrâ pro-
priam Ecclesiam debet præcedere omnes
aliâs maiores , & superiores , in dicendis
Missis solemnibus , & alijs quibuscumque
præminentij concernentibus ipsius Re-
ctoris officiam. Ita fuit decisum , teste
Gonçalez sup. num. 105. in vna Calagurri-
tana præminentiarû de Victoria 16. No-
uem. 1592. coram R.P.D. Pegna, vbi fuit
resolutum , quod Rector in sua propria
Ecclesia , inspecto iure communi , præfe-
rendus est Decano , & omnibus Capitula-
ribus Collegiatæ ad eam Ecclesiam pro-
cessionaliter certis diebus , ex antiqua cō-
sue-

suetudine, accedētibus, in qua fuit etiam
decissum, quod maior debet cedere mi-
norī, dum est in domo minoris.

9 Quinta est, quod Rectores in suis
Ecclesijs Apostolorum vices tenent, vt cū
alijs tenet Gonçalez *sup. num. 108.* qui *ns.*
110. refert, latam fuisse sententiam in fa-
uorem Rectorum de Guipuzcoa, contra
Archipresbyterū eiusdem prouinciæ præ-
tendentem, debere præcedere Rectores
dictos intra illorum proprias Ecclesias, tā-
quam caput dictæ prouinciæ. Verius ta-
men videtur Episcopos Apostolis, & Pa-
roecos, seu Rectores septuaginta Chri-
sti discipulis succedere, vt benē probat
Ioannes Filescus *in suo tract. de orig. Pa-*
rœciarum, cap. 4. ex epist. 2. Anaclet. Papæ
ad Episcopos Italizæ, & refertur *dist. 21.*
cap. 2. & glossa Bedæ *in cap. 10. Luc.* Tum
etiam in Conciliorum, & Episcoporū
auctoritatibus; ex quibus colligit, Paroe-
cos adduci ab Episcopos in partem solici-
tudinis, vt *70.* discipuli ab Apostolis, &
addit ex Iohann. Gerson *in 3. part. de consilijs*

Euan gelicis, & statu perfectionis, statū Cura torū in ordine, proximū statui esse Episcoporum: nam eadem opera hierarchica paroecis incumbunt, quæ & Episcopis, et si non tam in excellenti gradu: debent enim subditos purgare arguendo, increpando, illuminare docendo, & prædicando, perficere Sacra menta ministrando tenentur, & in casu sicut Episcopi animas pro ouibus ponere. Vnde & in missione 72. discipulorum, quibus Paroeci succedunt, quasi eadem opera eis mandauit Christus, quæ & Apostolis. Hæc Gerson, qui fuit Paroecus dignissimus, & Academiæ Parisiensis Cancellarius meriti ssimus. Idem Gerson tract. de statibus Ecclesiasticis, tit. de statu Curat. considerat. I. ait: Status Curatorum esse de institu tione Christi, & Apostolorum suorum à principio foundationis Ecclesiae, afferitque varijs in locis Paroecos Curatos veros esse ac legitimos Hierarchs post Episcopos, aequi statu perfectionis, ne dum acquirendæ, sed exercendæ per actus Hierar chi.

chicos. Vide Ioan. Filelacum *vbi supra.*
 10 Sexta est, quod appellatione pastorū
 Parochus continetur : nam sicut pastor
 Curam ouium habet, ut doctissimē expli-
 cat Petrus de Soto *de institutione Sacerdo-*
tum: vede de plebe sibi commissa rationē
 reddere tenetur, iuxta Apost. *ad Hebr. 13.*
 appellatur etiam pater, *cap. omnes qui 3.q.5.*
cap. Sacerdos 6. q.1. quare panem spiritua-
 lem, & materialem frangere tenetur. Vide
 Fuicum *de visit. lib. 2. c. 3. num. 16.*

11 Etenim parochialis Cura tanto est
 prætiosior, quanto periculosior, ut opti-
 mē notat Gonçalez *sup gloss. 6. num 9 &*
110. Non tamen beneficium parochiale
 dicitur dignitas : ac proinde Paroeco nō
 potest committi rescriptum iuxta *cap.*
statutum de rescriptis in 6. nam ut docet
 Azor 2. *tom. lib. 3. cap. 13. quæst. 2.* ad digni-
 tatem requiritur administratio , aut iu-
 risdictionis in foro exteriori , pro quo
 citat Hostiensis Abbatum,
 & Felinum.

(†)

CA

C A P V T II.

In quibus ius Parochiale consistat.

S V M M A R I V M.

IVS Parochiale, seu Parœci ad duodecim capi-
ta reducitur, & referuntur, num. 1.

Quænam pertineant ad c̄ssentiam Ecclesiæ Paro-
chialis, num. 2.

Vicaria perpetua est propriè Ecclesiæ Parochialis;
& eius Presbyter est vere Parœcus, num. 3.

Sepultura non probat Ecclesiæ esse parochiale, n. 4.

Ecclesia non desinit esse parochialis, eo quod non
percipiat decimas, num. 5. Nec sequitur Ecclesia
percipit decimas, aut primitias, ergo est paro-
chialis, nec è contra, num. 6. Non est leue ar-
gumētum esse parochiale recipere decimas, aut
esse ibi reseruatum sanctissimum Sacramentum,
num. 7.

Alleganti esse parochiale incumbit onus id pro-
bandi, num. 7.

Ecclesia ut sit parochialis, requirit auctoritatem
Episcopi, & dote pro Sacerdote, & uno mini-
stro, num. 8.

Bene sequitur Ecclesia est parochialis, ergo est be-
neficium Curatum, non tamen est beneficium Cu-
ratum, ergo est Ecclesia parochialis, num. 9.

Melius est exprimere esse parochiale, ibidem.
 Cura animarū potest sumi largè, & strictè, ac pro-
 prié, num. 10. Alia est actualis, alia habitua-
 lis sola, actualis facit beneficium curatum, n. 11.

I VS parochiale Parœcū, & Parœciā
 cōstituēs, ad eosq; pertinēs ad duo-
 decim capita, ut ex Canonistis, & Theo-
 logis colligitur, reduci potest. Primum
 est, ut populus ipsi subiectus in ea baptis-
 mum a suo Parœco suscipiat. Secundum,
 ut quisque in ea semel in anno sacram fa-
 ciat suorum confessionem peccatorum.
 Tertium, ut Sanctissimum Christi cor-
 pus quotānis in Paschate in sua Parœcia,
 & à suo Parœco recipiat, cap. omnis utrius-
 que sexus, de pœnit. & remis. Quartum, ut
 debito tempore extremam unctionem à
 suo Parœco petat, Clemen. unica, §. dudum
 de sepult. Quintum, ut Curam qui matri-
 monio iunguntur, duptiæ in ea solemniter
 celebrentur, cap. 3. de clandestina dispe-
 satione, & cap. aliter, 30. quæst. 5. & cap. suā
 de symonia. Sextum, ut in ea mortui sepe-
 liantur, cap. placuit 13. quæst. 1, & Clement.
 dudum

dudum de sepult. § verum. Septimum , ut
in ea diebus festis populus rem diuinam
audiat, cap. 3. de Parochijs. Octauum, ut ei
decimam fructuum partem populus quo-
tannis soluat , cap. quæst. 16. Nonum , ut
ei similiter fructuum primicias pendat, &
præster populus , cap. omnis de consecrat.
dist. 1. Decimum est , oblationes omnes,
quæ populus intra parochiæ ambitum of-
fert, & donat, ad propriam Paroeciam, &
illius Paroecum spectant , eap. quia Sacer-
dotes 10. quæst. 1. & cap. sanctorum, & cap.
seq. Tum etiam prouentus qualitercūque
prouenientes, ut docet Hostiensis in rub.
de Parochis, num. 2. post initium ex cap. pa-
storalis de is quæ fuit à Prælat. sine consensu
Capituli. Undecimum est, ius percipiē-
di canoniam portionē, quam vulgo quar-
tam dicimus, ex cap. 1. & 2. & cap. de ijs de
sepult. Duodecim est , quod paroecialis
Ecclesia unum tantum habeat Sacerdotē,
qui eam regat, & gubernet, cap. sicut una-
quaque 21. quæst. 2. & cap. Ecclesiæ, 12. q. 1.
Hæc sunt quæ Paroeciam constituant, &

ad illam pertinent, & cum vni parochiaæ
vno tantum Paroecus sit præficiendus, ut
dictum est, & late constabit infra, eviden-
ter sequitur, quod ea quæ cōstituunt Pa-
roecum, & de iure ad illam pertinent, cō-
stituere etiam Paroecum, & ad illum per-
tinere. Vnde omnia quæ de paroecia di-
cuntur, de Paroeco etiam dicta cēsentur.

2. Nota tamen cum Gōçalez *gloss* 6. *sup.*
8. reg. Cancell. a num. 34. usque ad num. 58.
Etsi omnes illæ duodecim cōditiones or-
dinariè, & fere naturaliter in Ecclesia pa-
roeciali inueniantur ; nihilominus tamen
omnes nō esse de illius essentia, quo pos-
sit absque aliquibus Ecclesia paroecialis
consistere : nam ut ipse probat cum Go-
mezio *in reg. de idiomate, quæst. II. a nu. 4.*
Fons Baptismalis, sepultura, ac decimarū
exactio, quamuis maxime conducant ad
Ecclesiam parochialem, non tamen sunt
de illius essentia, cum sine illis paroecia-
lis Ecclesia consistere possit ; volunt ergo
Gomez, & Gonçalez *sup. num. 34. cū mul-*
*tis, quos ipse, de essentia Ecclesiæ paroe-
cialis,*

cialis solum esse quatuor. Primum est, po-
testas fori poenitentialis, hoc est potestas
ligandi, & soluendi in foro poenitentiali,
quæ non cadit nisi in Sacerdotem, *cap. in*
nouo, 21. dist. cap. omnis de pœnit. & remis.
Ita tamen quod ex necessitate teneatur,
hoc Sacramentum & alia ministrare, ut ex
Glossa in Clement. dudum, verbo impedian
de sepult. cum multis DD. tener *Góçalez*
gloss. 6. cit. num. 36 quem sequitur *Barbola*
de offic. & potest. *Parochi cap. 1. num. 27.* Se-
cundum est, quod sit certa parochia, seu
locus certis limitibus, & finibus constitu-
tus, *cap. Ecclesiæ 12. quest. 1.* & in Concil.
Trident. *Seß. 24. de reform. cap. 13.* Gonça-
lez *gloss. cit. num. 37.* Tertium est, ut obti-
nens Ecclesiæ paroecchiale exerceat Cu-
ram nomine suo, & non alieno, *ex cap. ex-*
tirpando, §. qui vero de præb. & DD. in Cle-
mentina *unica de officio Vicarij*, quos re-
fert & sequitur *Gonçalez sup. num. 40.*
Quartum est, ut unus tantum Presbyter,
Rector, seu Paroecus paroeciali Ecclesiæ
præficiatur; ita ut si duo ei præficiantur,

non sit Ecclesia paroecialis, vt late probat Gonçalez *sup.a num. 42.* usque ad num. 47. cum Gomezio *sup. in regula de idiomate,* quæsi 11 cit Felino *in cap. ratione, num. 10.* vers. ut *Scias de rescriptis, cap. in apibus 7.* quæst. 2. & cap. si ut unaquæque 21. quæst. 2. de quo latius infra suo loco cū Gōçalez, vt videtur sentire Barbosa *vbi sup. nu. 27.* & 28. Nihilominus tamen, etiam si illæ duodecim conditiones, seu qualitates nō sint omnes de essentia paroecialis Ecclesiæ; quia tamen ordinarié omnes illæ in paroeciali Ecclesia reperiuntur, ideo ope-
re pretium duxi de singulis aliqua breui-
ter attingere.

3 Ex dictis sequitur, Vicariam perpe-
tuam esse vere, & propriè Ecclesiā paro-
chiale, & Presbyterum illi præfectum
esse vere Paroecum, & habere beneficiū
parochiale, & Curatum; quia in tali Ec-
clesia reperiuntur saltem quatuor illa es-
sentialia, *num. 2.* assignata essentialiter re-
quisita ad consistentiam Ecclesiæ paroe-
cialis, vt clarius & latius constabit infra
cap.

cap. 15. dub. 3. vbi de ijs specialiter agemus,
vide de his Azor 2. tom. lib. 3. cap. 6. q. 5.
Gonçalez sup. reg. 8. Cancellar. gloss. 5. §. 3.
num. 19. & seqq. & Barbosa *vbi supra* a
num. 54.

4 Sequitur 2. Ecclesiam non probari,
esse parochialem, eo quod ibi aliqui sepe-
liantur, aut habeant illic sepulturam; quia
hoc nō est vnum ex quatuor essentialiter
requisitis: & ex alio capite quilibet po-
test eligere sepulturam in loco sibi benè
viso, ut infra dicetur cap. 9. dub. 5. Præsu-
meretur tamen parochialis, si constaret nō
facta electione sepulturæ, nec ibi habere
sepulchra maiorum, in ea Ecclesia corpo-
ra sepulta fuere tamquam in parochiali.
Barbosa *vbi sup. num. 29. & 30.* cum Gon-
çalez *gloss. 6. num. 53.*

5 Sequitur 3. Ecclesiam parochialem
non desinere esse parochialem, etiam si
talis Ecclesia decimas, aut primicias non
percipiat, modo illa quatuor essentialia
in ea reperiantur: nec ē contra, hæc Ec-
clesia percipit decimas & primicias; ergo

est parochialis , Gonçalez *sup. num 56.* & Barbosa *sup. num. 31. & 32.* nam Ecclesia, etiam si non sit parochialis , potest percipere decimas ex aliquo titulo , ut ex priuilegio , præscriptione , & consuetudine, vt dixi in Decalogo *lib. 3. cap. 3. dub. 9.* & cum Couarr. & alijs Barbosa *sup.* & confirmari potest; quia multæ Vicariæ perpetuæ, quæ, vt dictum est, sunt vere Ecclesiæ parochiales, non eas percipiunt, sed tantum salarium, seu congruam iuxta Pij V. dispositionem , vt constabit infra *cap. 15. dub. 4.* Non tamen est leuis præsumptio, quod sit Ecclesia parochialis.

6 Sequitur 4. Non bene sequi, ista Ecclesia non percipit decimas, & primicias; ergo non est parochialis : si alias tamen habeat quatuor cōditiones essentiales supradictas ; quia Vicaria perpetua est vere parochialis, & quamplurimæ nullas decimas, aut primicias percipiunt, sed tantum stipendium, seu congruam , iuxta Pij V. dispositionē, vt dicetur infra *cap. 15. dub. 4.* Nec sequitur : hæc Ecclesia percipit decimas,

cimas, & primicias ; ergo est parochialis ; nam hæc possunt acquiri alicui Ecclesiæ ex aliquo titulo quam ex iure, ut priuilegio, præscriptione, aut consuetudine, vt dixi in Decalogo lib.3.cap.3.dub.9.ita Gó-
çalez *sup. num. 56.* & cum Couar. & alijs
Barbosa *loco cit. num. 31. & 32.*

7 Non tamen esset leuis præsumptio, & si non concludens , quod in aliqua Ecclesia retineretur Sanctissimum Sacra-
mentum , nisi id esset ex priuilegio , vt in regularibus *cap. tribus, §. tanta, de cōsecrat.*
dīst. 2. Item si aliqua Ecclesia perciperet decimas , & primicias , vel in illa diebus festis , Christi fideles Missam audirent , vel alia Sacra-
menta, excepta Eucharistia , & pœnitēcia, perciperet . Non tamen hæc concluderent necessario, cum hæc omnia possint adesse ex aliquo accidenti , vt be-
ne Gonçalez *dict. gloss. 6. num. 56.* & cum eo Barbosa *sup. num. 24.* In dubio autem, an Ecclesia sit parochialis , onus probandi incubit hoc afferenti , eo quod beneficia præsumuntur simplicia , & nō curata ,
Gar.

Garcia de benef. p. 1. cap. 6. num. 8. & cum eo & alijs Barbosa sup. num 37.

8 Nota requiri auctoritatē Episcopi, ut Ecclesia constituatur parochialis, designando fines, & plebem constituendo, *cap. nullus 16. quæst. 7.* eamque debet dotare sufficienter, ut possit commode saltē vnuus presbyter cum alio ministro sustentari, *cap. pie 16. quæst. 7.* de quo vide Azor p. 2. lib. 3. *cap. 11. quæst. 14.* & *cap. 12. quæst. 15.* & cum alijs Barbosa de offic. & potest Paroch. *cap. 1. num. 38. 39. 40. 41. 42.*

9 Sequitur etiam, dato quod vna Ecclesia sit parochialis, consequenter sequi, esse beneficium curatum, & habere Curram animarum in foro interiori; nam hoc est vnum & præcipuum ex requisitis ad constitutionem parochiæ, ut dictum est *num. 1. & 2.* Non tamen sequitur, est beneficium curatum; ergo est parochialis Ecclesia; nam potest contingere quod sit aliqua Ecclesia Curata, & ad eam de novo veniant homines, ad illic habitandum, quæ licet postea dici possit curata, non tamen

tamen parochialis, si non habeat certum territorium: ita cum alijs Barbosa *sup. n. 35.* vbi aduertit, propterea melius esse exprimere, quod sit Ecclesia parochialis, quam quod sit beneficiū curatum, & hinc esse, quod in iure Canonico, & in Concil. Trident. passim fit mentio de Ecclesijs parochialibus, absque expressione qualitatis Curæ.

10 Nota, Curam animarum posse sumi stricte, & proprie pro Cura in foro interiori pœnitentiali, & in administrandis Sacramētis; alio modo largē, seu impropriè, pro ut comprehendit Curam animarum in foro exteriori, & contentioso, seu iudicali circa morum correctionem, & sic omne beneficium habens iurisdictionē visitandi, excommunicandi, absoluendi, & faciēdi alia ad correctionem morum pertinentia, etiam sic dicitur habere Curam animarum, *ex cap. seu Clement. dudum, de sepult.* proprietamen non dicitur beneficium parochiale, nam ad huius essentiam requiritur Cura animarum in foro pœnitentiæ.

tentiae ; & patet licet beneficium parochiale , idem sit cū beneficio Curam animalium habente proprié , & stricte sumpto ; tamen si largè , & improprié sumatur , plurimum differunt , quo sensu dixi *sup. num. 8.* istud latius patere quam illud , vide Gonçalez *ad reg. 8. Cancell. gloss. 6. a n. 6.* & cum alijs Barbosa *sup. num. 47.*

ii Aduerte etiam Curam pœnitentialem , seu animalium stricte , & proprié sumptam , aliam esse actualem ; aliam vero habitualem , de quibus Azor *par. 2. lib. 3. c. 12.* Actualis Cura est illa , quam quis actualiter , & actu per se gerere tenetur in populum ex necessitate officij , ratione parochialis beneficij curati , in quo est Canonicæ intitulatus , & institutus : Habitualis vero est , quæ penes aliquem est , ratione alicuius beneficij in fieri , sed non in facto , quia executionem potestatis non habet . vel defectu tituli spiritualis iam extinti per unionem accessorie factam , vel quia privilegio , seu consuetudine leuat us fuerit onere exercendi actu : ex his
foliæ

sola actualis cura, seu iurisdictio, facit beneficium curatum, nullo modo habitualis: unde de parochiali habitu, idem iudicatur, ac si esset beneficium simplex, ut cum multis Barbosa *sup. num. 48. 49. 50. 51. & 52.* ex quo patet, quando Papa vnic aliquod beneficium parochiale alicui cōmunitati, vel de nouo erigitur Vicaria per petua à principali, seu Matrici separata, & dismembrata, Curam animarum habitualem tātum remanere in Rectore principali, actualem vero translatā esse in Vicarium perpetuum, quod adeo verum est, ut si principalis, supreso Vicario, velit se ingerere in Cura animarum nullo modo possit, ut in terminis docet Abbas *in cap. extirpandæ, §. qui vero, num. 15. de præb. Azor sup. cap. 6. quæst. 2.* & cum alijs Barbosa *sup. a nam. 53. & dicemus infra c. 15. dub. 3.* Quando vero Rectori principali datur Vicarius temporalis in partem solitudinis, & laboris tunc certum est, Curam habitualem & actualem adhuc manere apud Rectorem principalem; quia apud illum

illum adhuc manet titulus, institutio, beneficium parochiale, & illius plenum ius, in Vicario autem temporali, solū merum Curæ exercitium. Vide Barbosam ubi supra à num. 59.

C A P V T III.

De prima condicione, seu iure paroecialē Ecclesiam constituerē, quod est ius ministrandi Baptismum.

S V M M A R I V M.

SAcramēt orum administratio (Ordine, & Confirmationē exceptis) ad solos Parochos spectat, num. 1. Potest autem alteri Sacerdoti dare licentiam ministrandi ea Sacramenta quæ ipse potest ministrare, non autem pœnitentiam, nisi Sacerdoti approbato, ibid.

Parochus tenetur Sacramentum quod administrat populo declarare, num. 1.

De officio Parochi remissione, num. 1.

Minister Baptismi, triplex, num. 2. Ex officio est solus Sacerdos, sub quo intelligitur Episcopus, cui primo, & per se de iure competit baptizare, num. 3. Alij vero Sacerdotes secundo, ibid.

Soli

Soli Episcopi, & Parochi possunt licetē baptizare,
num. 4. Ideo alienus Sacerdos sine licentia pro-
prijs baptizans, peccat mortaliter (non tamen fieri
irregularis. &c.) excipe extremam necessitatē,
si proprius haberī non possit, aut licentiam ne-
get, num. 5.

Vagabundi baptizandi sunt in Parœcia vbi inue-
niuntur, num. 6.

Baptizare potest quilibet Sacerdos etiam regularis,
ex commissione, seu licentia Episcopi, vel Pa-
rochi, num. 7.

Ordinarius potest suam facultatem delegare, n. 7.

Baptizandus est quisque in sua parochia, secundum
dispositionem Synodalem Valent. num. 8.

Baptizare possunt solemniter Diaconi ex cōmissio-
ne Episcopi, vel Parochi, ex iuxta causa, non
autem alij inferiores Cleri, nisi de licetia Papæ,
num. 9.

Clericus Diacono inferior (secus si sit mere laicus)
solemniter baptizans, fit irregularis, num. 9.

Baptismi minister in necessitate est quilibet homo;
sive Clericus, sive laicus, sive vir, sive fæmina,
sive fidelis, sive infidelis, hereticus, aut schis-
maticus, num. 10. Præferendus est tamen digni-
or, Baptismus tamen semper tenet, num. 11.
Nec incurrit irregularitatem nonsolemniter ba-
ptizans, ibid.

Ius propriū Parochi est solēniter baptizare, nu. 12.

ISACRAMENTORUM administrationē
(Ordine , et Confirmatione ex-
ceptis) ad Paroeciales Ecclesiæ Presby-
teros, Paroecos, seu Rectores de iure per-
tinere cōmanis è Canonistarum, et Theo-
logorum sententia, et docet Abb. et Ho-
stiens. et alijs in rub. de Parochis, colligitur
apertè ex cap. omnis utriusque sexus, de pœ-
nit. & remis. Clemet. I. de priuilegijs, Cle-
ment. dudum de sepult. facit cap. Ecclesiastis
I3. quæst. I. & cap. sicut unaquæque 21. q. 3.
et apertè Trident. Sess. 23. cap. I. ubi sic
ait: Cum præcepto diuino mandatum sit om-
nibus, quibus animarum Cura commissa est,
oues suas agnoscere, pro ijs sacrificium of-
ferre, verbique diuini prædicatione, Sacra-
mentorum administratione, ac bonorū om-
nium operum exemplo pascere , et Sess. 24.
cap. 7. de reform. mandat, vt Parochus suo
populo vim Sacramentorum quæ admini-
strat, lingua vernacula declareret, et eadem
Sess. cap. 13. in fine præcipit Episcopis, vt
diuidant in diuissas Parochias, peculiare-
que Parochum atsignent, qui oues cog-
no-

noscere valeant, & à quo solo Sacramēta suscipiant, ubi diligenter perpende illa verba, à qui solo: nam de iure Sacramen- torum administratio ad solum Paroecum spectat: ideoque alij ea, absque Parochi licentia administrantes peccant, vt in sin- gulis explicabitur, vt docet Posseuinus *de officio curati, cap. 5. num. 50.* Potest au- tem Paroecus iure suo dare alteri etiam simplici Sacerdoti, licentiam administrā- di omnia Sacra menta, quæ ministrare po- test ipse Paroecus, excepta pœnitentia, quod ei Episcopus prohibere non debet, vt tenet Posseuinus sup. & cum Babossa *de offic. & potest. Parochi, cap. 17. num. 37.* competit enim Parochis iure ordinario, & communi ratione sui officij. Dixi, ex- cepta pœnitentia: nam approbare confes- sarios, solius est Episcopi, ex Trid. Seff. 23. *de reformat. cap. 15.* poterat tamen Pa- rochus, sapposita Episcopi approbatio- ne, cōcedere confessario licentiam audiē- di suas oues, vt latè dixi in Exposit. Bullæ in 2. & 3. addit. lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. & in

materia pœnitentiaæ , vbi de eius mini-
stro. De obligatione Parochi ministrandi
Sacramenta, quia non est huius instituti.
Vide inter recentiores Posseuinum *de of-*
ficio curati , & Barbolla *de offic.* & potest.
Paroch. part. 2. ubi cap. 17. a num. 13. agit,
quomodo ea ministrare teneatur tempore
pestis, de quo etiam aliqua tetigi in De-
calogo *lib. 1 cap. dub.* Videamus igitur
nunc quomodo baptismi ministratio ad
solum Paroecum pertineat.

2. Nota ex Cathecismo Pij V. iusu
Concilij Tridentini edito *cap. 2. §. 23.* tri-
plicem posse constitui ministrum baptis-
mi, alium ex officio, alium ex commissio-
ne, alium vero ex necessitate; & dixi vbi
de ministro baptismi in materia de Sa-
cramen.

3. Dico igitur primo: Baptismi mi-
nister ex officio est Sacerdos; habetur
expresse in Goncil. Florentino in instruc-
tione armenorum, & in Constit. *de cō-*
secrat. dist. 4. insinuat etiam in *cap. perle-*
cis, §. ad Diaconum, dist. 25. & in *cap. Dia-*
conus,

nus, dist. 93. idque satis usus Ecclesiæ confirmat, rationem reddit S. Thom. 3. part. q. 67. art. 2. quia cum Sacerdos sit institutus ad Eucharistiam consecrandam, ratio postulat, ut detur ei potestas ad ministranda omnia illa , per quæ quis potest fieri particeps Eucharistiæ ; per baptismum enim accipit fidelis ius ad Eucharistiam, ita etiam Cathecismus sup. nomine autem Sacerdotis intelligitur etiam Episcopus, ut bene notat D. Thom. sup. ad 2. quia in omni rep. quod potest inferior, a fortiori potest superior , idque confirmari potest ex cap. Diaconus cit. quod adeo existimat verum. Connich 3. part. q. 67. dub. 1. num. 7. ut soli Episcopo, primo, & per se de iure competit baptizare eos omnes, qui in sua Diœcesi commorantur nam adscribere aliquem in membrum aliquius communitatis , communicando ei omnia privilegia , pertinet ad caput ipsius, qui in ea habet supremum ius, quale habet Romanus Pontifex in tota Ecclesia, & Episcopus in sua Diœcesi. Et addit-

Corninch sup. num. 8. Secundo loco , & ex cōmissione Episcopi spectare ad alios Sacerdotes , conferre baptismum : probat ex Tertul. lib. de baptismo , cap. 17. & D. Hieron. contra Luciferanos ; sunt enim alij Sacerdotes Episcopo subiecti , & eius coadiutores : hanc autem doctrinam intelligerem , vt ex officio per se primo conueniat Episcopo baptizare : tum etiā Sacerdoti ex officio per se secundo , vt insinuat Catheciſ. sup. num. 23. ut pag. 198. & Reginald. lib. 27. cap. 6. num. 1. Bonacina de Sacram. disp. 2. quæſt. 2. puncṭo 2. n. 2. & cum eo Barbolla de offic. & potest. Parochi, cap. 17 num. 1. vbi ait , hoc inferioribus presbyteris per communicationem Episcoporum conuenire : nam Florentium vbi sup. absolute docet Presbytero competere ex officio baptizare .

¶ Dico secundo : Etiam si omnis Sacerdos ex officio possit baptizare , non tamen omnis Sacerdos potest licite conferre baptismum , sed hoc ius solis Episcopis , & Parochis competit : ita Syluest. quæſt.

quæst. 3. num. 1. Armilla eodem verbo , nu.
93. & DD. communiter, deducitur aperte
ex cap. interdicimus 16, quæst. 1. idque cō-
firmat communis Ecclesiæ usus , & con-
suetudo ; quia nemo præter Episcopum,
aut Paroecum, aut de eorum licentia(ex-
cipe extremam necessitatem, de qua sta-
tim) baptismum confert : nam ut bene
aduertit Suarez 3. part. q. 67. art. 1. disp. 23.
sect. 2. & s. quilibet Sacerdos respectu
Sacramenti baptismi habet sufficientem
potestatem, ut illud valide , & digne
ministret , requiritur tamen , ut ministrans
Sacerdos ab Ecclesia, habeat iurisdictionem,
ut licite ministret in personam , cui
est ministrandum, quæ iurisdictione propria
est eorum, qui curam animarum gerunt,
tanquam coadiutorum Summi Pontificis,
cui in D. Petro dictum est à Christo Do-
mino, *Pasce oves meas* : unde ad eos tan-
quam ad Pastores pertinet mandatum Do-
mini datum. Matth. ultim. de pascendis
ouibus, verbi diuini prædicatione, & Sa-
cramentorum administratione, ac nomi-

natum baptismi per illud: *Ite, & docete omnes gentes baptizantes eos, &c.* Per baptis-
mū enim recipiuntur homines in Eccle-
sia, & sunt eius mēbra; decet ergo ut po-
testas, & ius admittendi homines ad Ec-
clesiam sit penes pastores illius, ut bene
probat Suarez *sup. disp. 23. sect. 2.* & cum
eo Reginald. *sup. num. 38. ob idque à iu-
re sunt divisiæ Parochiæ, & vnicuique
assignatus certus numerus populi, & in
vnaquaque Paroecia est fons baptismalis
constitutus ad baptizādos illius Paroeciæ
infantes, ut patet Clemen. *vniqa de baptis-
mo.**

S Ex quo sequitur alienū Sacerdo-
tem peccare mortaliter, si contendit mi-
nistrare baptismum sine licentia proprij
Paroeci volentis illud ministrare, & ex-
presse renuentis alienum illud ministra-
re: nam ius alienum inuadit, & pastora-
le munus sibi usurpat cum notabili pa-
storis iniuria, quod præcedit etiam in
extrema necessitate pueri baptizandi:
quia hæc non tollit Parocco proprium
ius,

ius; nec dat licentiam invertendi ordinem iustitiae, nec est sufficiens causa, ut alias quam proprius Paroecus possit ad baptismum dandum se ingenerere: nam quando proprius Paroecus praesens est, aut facile haberi potest, non est revera necessarium alterius ministerium ad illius munus exequendam. Quod si Paroecus in hoc, caderet iuri suo, vel ipse non posset facile haberi urgente necessitate, alius Sacerdos etiam solemniter licite baptizare posset: quia tunc non fieret proprio Paroeco iniuria, nec circa Sacramentum committeretur irreuerentia, ut bene probat Suarez *supra disputationem 31. sect. 4.* Vide Ioan. Filefacum *in suo tract. de orig. Paroeciarum, cap. 7. pag. 658. in meis.* Attamen et si graviter peccet Sacerdos baptizas sine proprio Paroeci licentia, non tamen sit irregularis; quia non habetur in iure: nec incurrit excommunicatione, aut aliam censuram, ab eandem rationem: nam in Clem. 3. *de priuilegiis*

circa hoc nulla est imposita censura,
 vt notat Suarez dicta sect. 4. Conninch
 3. part. q. 6. 7. art. 1. dub. 1. num. 11. Reginal.
 sup. num. 39. cum Nauar. cap. 27. num. 102.
 Bonacina de Sacram. disp. 2. q. 2. punct. 5.
 n. 10. & cū alijs Barbosla de offic. & potest.
 Parochi cap. 17. n. 11. & 12. ex quo sit gra-
 uiter peccare parētes, si prolem suā Pa-
 rocco alieno , absque proprij licentia
 baptizandum offerant, vt bene Layman
 in Theologia Morali lib. 5. tract. 2. cap. 7.
 num. 2. & cum eo Barbosla sup. n. 1. Quis-
 que igitur à suo Paroeco , & in propria
 parecia cui subest , est baptizandus , eo
 quod vñus Sacerdos alterius parochiæ
 terminos, plebē, & ius, nō possit usurpa-
 re , cap. placuit 7. quæst. 1. cap. sicut, 9. q. 2.
 cap. nullus, cap. Episcopus, cap. Episcopi , cap.
 nos in uitati 13 q. 1. cap nullus ae Parochijs,
 nisi aliud consuetudine introductū fue-
 rit , modo id fiat de licentia ordinarij,
 & sine præiudicio iuriū , & emolumen-
 torum Parochi, vt censuit sacra congre-
 gatio Rit. in Oriolen. 15. Decemb. 1605.

vt refert Barbosla *whi sup. num. 7.* in no-
stra autem Dioecesi Valentia inoleuit
mos, vt omnes intra ambitum ciuitatis cō-
tinentes possint in Metropolitana Ec-
clesia baptizari: dūmodo Vicarius per-
petuus illius intra 24. horarum spatiū
certiorem fieri ad Parochum proprium
de tali baptismo, vt habetur in Synodo
Dioecesis, Ann. 1631. Decret. 1.

6 Nota, vagabundos, & peregrinos,
quod ad hunc effectum sortiri Pareciam
eo in loco, in quo pro eo tempore commo-
rantur, ut à simili dictum est, quoad Sa-
cramentum pœnitentiæ, & cōmunionis:
Vide Conninch *supra num. 11. cit.* § No-
ta quarto, & ea quæ dixi: vide Sacramē-
tis.

7 Dico tertio: Ex cōmissione Epis-
copi in sui Dioecesi potest quilibet Sa-
cerdos, etiam regularis baptizare, quod
certissimum est; nam ipse per se, vel
alium potest suam potestate exercere in
tota sua Dioecesi: patet *ex cap. cum Epis-*
copus de offic. ord. in 6. similiter ex Pa-
roeci

reeci commissione, seu licentia expressa;
aut rationabiliter præscripta, potest qui-
libet Sacerdos, etiam regularis in sua Pa-
reccia baptizare. Ita DD. communiter, *ex*
cap. interdicimus 16. quest. 1. quia Paroeci
potestas quoad suas oves est ordinaria : à
iure enim cōmuni constituti sunt Paroe-
ci, diuissæ Paroeciarum, & singulis singuli
Presbyteri designati, ut dictum est *cap. 1.*
Tum etiam facultates, functiones, mu-
nera, & iura Paroeci in iure sunt ex-
pressa, ut probabimus de singulis agé-
tes : at ordinarius eo quod est ordina-
rius potest suam facultatē delegare, ut
colligunt DD. *ex dict. cap. cum Epis-*
copus, de offic. ordin. in 6. & regul. iu-
ris : quod quis facit per se, potest, &
per alium iud. Sanchez *lib. 3. de ma-*
urimonio, disput. 31. numer. 1. & 6.
vbi ait, posse Paroecum proprietarium
cum scilicet, qui habet beneficium Pa-
roeciale collatum, delegare suam fa-
cultatem cum posse subdelegandi. Fa-
cit etiam *cap. omnis viriusque sexus, de*

pænitent. & remess. vbi conceditur Paroeco , vt possit dare ouibus suis licentiam , vt ab alio Sacerdote communione accipiāt, & quod ab alio possint absolvi , quod ultimum limitavit Trident. *Sess. 23. cap. 13.* Dummodo alias Sacerdos sit ab Episcopo approbatus ad confessiones audiendas. Facit etiam expresse Clement. 1. de priuileg.

8 Aduertendum tamen in Synodo Valentino, de Anno 1631. Decreto primo , Statutum esse , vt infantes in proprijs Paroecijs baptizentur , nec posse in aliena baptizari , etiam de licentia proprij Paroeci , absque licentia Ordinarij : salua tamen consuetudine Metropolitanæ Ecclesiæ, *de qua sup. hoc cap. num. 5.*

9 Ex cōmissione etiam Episcopi , vel Paroeci (non autem ex officio) possunt solemniter baptizare Diaconi , non vero inferiores Clerici , ita Sotus in 4. diss. 4. *quest. unica* , artic. 1. colum. 3. Reginald. lib. 27. cap. 6. num. 40. & late Conninch.

3. part. quæst. 67. artic. 1. dub. 1. num. 12. &
 13. & dub. 3. per totum, Bonacina de
 Sacramen. disp. 2. quæst. 2. punc̄to 5. num. 3.
 & cū alijs Barbolla de offic. & potest. Epis.
 part. 2. c. 17. num. 10. vide Suarez tom. 1.
 de Sacramen. disp. 26. sect. 2. & ea quæ di-
 xi lib. 2. de Sacramen. vbi de ministro bap-
 tismi colligitur ex cap. Diaconus dist. 93.
 & cap. constat baptisma de consecr. dist. 4.
 vbi prohibetur Diaconis ex officio bap-
 tizare: conceditur tamen eis, ex Pres-
 byteri, seu Paroeci cōmissione; quod
 aperte iadicant illa verba Gelasis in d. c.
 Diaconos; Diaconos absque Episcopi, vel
 Presbyteri licentia baptizare non au-
 deant: ac si dicat, posse de eorū licentia,
 pro qua faciunt illa verba quæ dicuntur
 in ordinatione Diaconi: Diaconum enim
 opportet ministrare ad alcere, baptizare,
 & prædicare: quod intelligi ex Episco-
 pi, vel Parochi cōmissione, præter quam
 cōmissionem, requiritur etiam iusta cau-
 sa: nimirum necessitas, quæ non debet
 esse extrema: quia tunc laici etiam bap-
 tizare

tizare / non tamen solemniter) possunt;
sed sufficit aliqua notabilis , vt docet
Conninch *sup.dub.1.cit. nu.14.* v.g. si vel
ob multitudinem baptizadorum vel ob
infirmitatem , aliasue graues , ac *in-
fari*as occupationes , non posse Paroecus
satisfacere omnibus potentibus baptis-
mum , nec baptismus sine aliquo incom-
modo potest diu differri : ita etiam Sotus
sup. §. prior conclusio , vbi ait , iam exole-
uisse consuetudinem cōmittendi Diacono
no munus baptizandi solemniter , etiamsi
adhuc fieri posset , vbi esset magna bap-
tizandorum multitudo , & paucitas Pres-
byterorum , vt in terris remotioribus ab
habitatione Christianorū aut accessu dif-
ficilioribus . Clerico autē qui sit Diacono
no inferior , non licet solum inter bapti-
zare , quia iura citata id solum concedūt
Diacono , imo explicato , vt docent Regi-
ald. *sup.num.40.cit.* & Conninch *dict.
dub.1. nu.15.* Est enim hoc officium pro-
prium Sacerdoti , & Diacono , imo dicto .
De licentia autem Papæ potest cōmitti
inf.

inferiori Clerico , vt tenet Cōinich *sup.*
dub.3. num. 24. quia solēnitas baptismi est
 de iure Ecclesiastico introducta, ac per-
 consequens potest in ea Papa dispensare,
 ac proinde Clericus Diacono inferior,
 citra Papæ licentiam baptizans solēniter,
 fieret irregularis : similiter, & Diaconus,
 sine Paroeci , vel Episcopi cōmissione :
 ex tit. de Clerico ministrante in ordine,
 qui non habet : quia uterque baptizat in
 ordine qui non habet. At merē laicus si
 solemniter baptizaret , peccaret quidem
 mortaliter, non tamen fieret irregularis,
 vt probabiliter tenet Henriquez *de bap-*
tismo, cap. 29. num. 1. & Filiucius *tom. I.*
tract. 2. cap. 4. num. 85. quia ius in titulo
 dicit de Clerico ministrante in ordine
 qui non habet , ubi videtur loqui ad mi-
 nus de Clerico, quamvis contrarium te-
 neant Nauar. *c. 27. num. 247.* & Cōinich
dicit. dub. 3. n. 24. in fine.

10 Dico quarto : Minister necessi-
 tatis baptismi est quilibet homo , siue
 Clericus, siue laicus : siue masculus , siue
 femini;

fæmina, quamvis censura aliqua innodatus existat: siue fidelis, siue infidelis sit, hæreticus, schismaticus, paganus, vel Iudæus; dummodo legitimam materiam, cum debita intreatione applicent, ita communiter DD. cū D. Thom. 3. part. q. 67. art. 3. & habetur expresse in Conci. Florent. in decreto de armenis, his verbis: *Minister huius Sacramenti est Sacerdos*, cui ex officio competit baptizare; in casu autem necessitatis, non solū Sacerdos, vel Diaconus, sed etiam laicus, & mulier; imo, & paganus, & hæreticus baptizare potest, dummodo formā seruet Ecclesiæ, & faciat quod facere intendit Ecclesia. Ratio est, summa necessitas baptismi, sicut enim Christus Dominus, qui vult omnes saluos fieri, voluit ut aqua, quæ communissima est, esset materia baptismi; ita etiam ut quilibet esset minister, ne aliquis remedio salutis careret.

II Attamen, eisī validus sit baptis-
mus à quocumque conferatur, ut tenet
com;

communis DD. cum S. Thom. *sup art. 4.*
seruandus tamen est in hac re ordo , ut
digniores præferantur : nempe Paroecus
alijs Sacerdotibus , Sacerdos Diacono,
Diaconus Subdiacono, & alijs Clericis,
Clericus laico, vir mulieri, fidelis infide-
li, præcissus non præcisso , idest , excō-
municato,suspenso,interdicto,vel degra-
dato : quale peccatū sit talem ordinem
iuertere: Vide inter recentiores Re-
ginald. lib. 27. cap. 6. num. 44. Conninch
3.part.q.67.artic. dub. 2. & Henriquez
lib. 2. de baptismo.cap. 28. & Bonacina tom.
1. disp. 2. quæst. 2. punct. 5.num. 10.Breuitate
tamen dico præferre infidelem fideli, sal-
tem ratione scandali videtur peccatum
mortale. A fortiori si hæreticus præfera-
tur : similiter si præferatur excōmunica-
tus, præsertim si sit denuntiatus, quamuis
non excommunicatus sit laicus, ut cōtra
Henriquez *sup. num. 3.* tenet Conninch
loco cit. 17. Inter fideles autem non excō-
municatos omittere Secerdotem volen-
tem baptizare , etiam est peccatum mor-
tale,

tales, ut cum multis tenet Bonacina *vbi sup. num. 10, in fine.* Videtur etiam mortale, absente Sacerdote, omittere Diaconum volentem baptizare, ut docet Conninch *vbi sup.* Ratio horum est, quia dictum ordinem subuertere, videatur res grauis: in alijs autem illum non seruare, solum videtur peccatum veniale; quia non videtur res grauis ita citati. Vide etiam quæ dixi lib. 2. de Sacram. *vbi de ministro baptismi.* Hoc tamen adverte quotiescumque baptismus non confertur solemniter, qualiscumque huius ordinis fiat inuersio non incurri irregularitatem; quia tale ministerium non est actus ordinis, nec usurpatur alienus ordo: ita Conninch *sup. dub. 3 cit. nu. 23. cum Nauar. cap. 27. num 242.* & Candelabrum Aureum *quæst. 38. de baptismo:* cætera de ministro baptismi, vide apud DD. citatos in propria materia pro nostro instituto sufficiunt dicta; cætera vide apud DD. citatos, & in materia baptismi in meis, *vbi de hoc latè.*

12 Constat ergo ex dictis: Primū ius Paroeciae, & Paroeco competens est, vt ad solum Paroecum pertineat suis cuibus Sacramentum Baptismi ministrare; ita tamen, vt si alius Sacerdos, absque Paroeci licentia saltem tacita, & interpretativa, illud ministret, peccet mortaliter, eo quod alienum usurpat officium.

C A P V T III.

De secundo iure Paroeci, quod est ministratio pœnitentiæ.

S V M M A R I V M.

Proprium ius Parochi est, vt ipsius oves cum eo saltem semel in anno confiteantur, vel cum alio, de licentia tamen illius. nū. 1. & 3. Alter confessio erit inualida. nū. 1. & 2. Qnod procedit de iure communi.

Parochiani possunt ex priuilegio etiam tempore Paschalis cum alieno confiteri. nū. 4.

Regulares ab Ordinario approbati, possunt uti suis priuilegijs, circa confessionem etiam inuitis Parochis. nū.

Poenit.

Pœnitenti afferenti se habere licentiam à proprio
confitendi cum alieno credendam, &c. num. 5.
Similiter, si afferat se confessum esse, cum ha-
bente legitime licentiam. ibid. Limita, ut ibi.
De ministro pœnitentia remisive. num. 5.

I **S**ecunda conditio, qualitas, seu
ius ad Parœcum spectans est, ut
populus Parocco subiectus, semel in
anno eidem Parocco suorum peccato-
rum sacram faciat confessionem: vnde
habet ius Paroecus, ut ipsius oves, cum
eo saltem semel in anno confiteantur,
vel cum alio de licentia tamen ipsius Pa-
roeci. Probatur primo ex cap. placuit, de
pœnitent. dist. 6. vbi Urbanus Secundus
statuit, ut deinceps nulli Sacerdoti liceat
quemlibet cōmissum alteri Sacerdoti ad
pœnitentiā suscipere, sine eius consensu,
cui prius se commissit, id est, cuius paro-
chianus est, ut explicat ibi Glossa in verbo
commisit: ab alio enim ligari, vel solui
non potest, ut habetur in cap. quod au-
tem de pœnitent. & remis. Ante Urba-
num licebat quidem cuique Christiano
D 2 eligere


eligere quilibet Sacerdotem , vt Nauar. notat in cap. placuit , num. 1. & significat illud verbum textus, deinceps, quod præterita non comprehendit , sed futura: Barbosa in varijs , vbi de dictionibus , ditione 84. nam etsi Paroeciarum diuisio iam antea fuerat facta per Dionis. Papam in cap. Eccles. 13. quæst. 1 ut dictum est sup. num. 3. vbi etiam cautum fuit , ne quis iudicaret nisi suum subditum , non fuit quoad hoc vsu recepta , vel abiit in disuertidinem : ideoque ait Nauar. sup. n. 4. Si responderi , fuisse renouatam ab Urbano Secundo , quare potest Urbanum iam non licet cuilibet Sacerdoti confiteri , sed proprio est de iure facienda confessio: aliter enim inualida est , nisi licentiam à Paroeco , vel eius superiori obtineat , vt latè Nauar. in dict. cap. placuit , & communiter DD.

2 Secundò probatur ex cap. omnis utriusque sexus de pœnitent. & remis. vbi Innoc. III. in Concilio generali Lateran. præcipit , vt omnis utriusque sexus fidelis,

lis, postquam ad annos discretionis per-
uenerit omnia sua peccata , saltem sernel
in anno fideliter confiteatur proprio Sa-
cerdoti: & infra Si quis autem alieno Sa-
cerdoti voluerit iusta de causa sua confi-
teri peccata, licentiam prius postulet, &
obtineat à proprio Sacerdote, cum aliter
ipse non possit soluere , vel ligare , vbi
Pontifex duo disponit , & quod confes-
sio sit facienda proprio , & quod facta
alieno fine proprijs licentia sit inualida.

3 Tertiò probatur ex Extrauag. 2.
in communibus de tregua, & pace, vbi Six-
tus Quartus ad concordiam reducendo
Religiosos, & Episcopos , ac Paroecos,
inter alia ponit hanc clausulam. Quod
etiam ipsi Mendicantes desistant prædi-
care ; quod parochiani nō sint obligati,
saltim in Paschate proprio confiteri Sa-
cerdoti ; quia de iure tenetur parochia-
nus saltim in paschate proprio confiteri
Sacerdoti.

4 Ex quibus patet de iure commu-
ni, confessio nō esse faciendam proprio



Paroeco, & Paroeci habere ius, ut sui cū
eo confiteantur. Dixi de iure communi,
nō ex priuilegio Papæ, possunt paroecia-
ni etiam tempore Paschali præcepti cū
alieno confiteri, tale priuilegium habent
Mendicantes, & alij Religiosi, ita ut per
confessionem eis factam satisfaciāt præ-
cepto, etiamsi proprij licentia non ad-
sit, ut definivit Benedictus Undecimus,
*extrauag. 1. de priuile. Ioan. XXII. ex-
trauag. vas electionis de hereticis, & no-
vissime Clemen. VIII. in sua Bolla Ann.*
1592. 22 Decembris, ut refert Conninch.
disp. 8. de ministro pœnit. dub. 9. num. 66.
Nec Sixtus Quartus in supra dicta extra-
uag. de tregua, & pace, sustulit Mendi-
cantum, & Religiosorum priuilegia cir-
ca hanc rem: nam Pontifex solum sta-
tuit spectato iure cōmuni, & seclusis om-
nibus priuilegijs, omnes fideles teneri
confiteri cum suis Paroecis: possunt ergo
Regulares per sua priuilegia confes-
siones fæcularium audire, etiam Paroe-
cis contradicentibus, ut concessit Alex.

III. ut refertur in cōpendio priuilegio-
rum, verb. *absolutio quoad sacerdotes et reliquias* 2. §. 1.
& alij Pontifices, ut referunt *Rodrig. 10. 1.*
q. 60. art. 4. Miranda in Manuali prælato-
rum, tom. I. q. 44. art. 14. concl. 2. Fr. Ioan. à
Cruce de statu Religiosorum, lib. 2. cap. 6.
dub. 1. concl. 3 Fagundez præcepto 2. lib. 1.
cap. 5. qui omnes, & cum ijs Barbosa de
offic. d' Parochi, cap. 19. num. 22. ad-
dunt, hoc procedere, etiamsi Episcopi in
licetijs regularibus cōcessis dicant, quod
Parochio renuente, eis non vtuntur; quia
ipsi Ordinarij nō possunt in hac re, priui-
legia à Papa cōcessa tollere, aut limitare;
hæc autem intellige, modo regulares ap-
probati sint ab Ordinario ad audiendas cō
fessiones sacerdotalium, iuxta Trid. Seff. 23.
n. 13. qua approbatione supposita, nec pos-
sunt impediri à parocho, nec vocati à sacer-
daribus infirmis, eorum confessiones
excipient, prout etiam à Sacra Con-
gregatione Cardinalium refert declarata-
rum Barbosa sup. num. 23. modo tamen ab
Ordinario approbati sint, & postea quā

infirorum confessiones audierint, statim Paroecum, seu Curatum certiorem faciant, ut declaratum est in una Senogallieo. 22. Januarij 1616. hæc autem certioratio in Hispania non est in usu. Satisfaciunt etiam Paroecia in huic præcepto si confiteantur cum approbato à suo Ordinario secundū dispositionem Trident. Sess 23. cap. 15. & communiter DD. in materia pœnit. & probat communis consuetudo usu recepta.

5 Cætera de ministro pœnitentiæ non faciunt ad nostrum institutum. Vide DD. in hac materia, sufficit nobis probasse de iure communi confessionē esse faciendum proprio, aut alteri, de proprij licentia, quomodo, & quibus proprius Paroecus, aut etiam Vicarius perpetuus dare possit hanc licentiam: dictū est à nobis in Exposit. Cruciatæ lib. 1. §. 7. dub. 3. à num. 10. ubi etiam num. 12. explicatur est, quid iuris circa hoc habeat Vicarius temporalis, seu Vicariatus à Reatore principalī delegatus, quando scilicet,

cet , & quomodo possit suam facultatem , & commissionem alteri delegare : vide de ijs Barbosam de offic. & potest. *Paroichi*, cap. 19. a num. 24. usque 38. alter nota hunc delegatum teneri credere , poenitenti dicenti se habere licentia a proprio Paroeco , ut illi ministret Sacramentum poenitentiae , ut docent Abb. in Clemen. 1. de priuile. num. 1. Syluest. confessor. 1. quest. 17. & cum alijs Barbola, sup. num. 30. sicut tenetur Paroecus credere parochiano afferenti , se confessum esse cum habente legitime licentia eum absoluendi , nisi Paroecus haberet signa probabilitia mendacis poenitentis. Bona- cina de Sacramen. disp. 5. quest. 5. sect. 2. punto 4. num. 36. Sachez lib. 3. de matrim. disp. 37. num. 1. vers. Secundo. Attamen non debet Paroecus credere poenitentem impleuisse praeceptum annuae confessionis, nisi id probat per schedulam , aut alias legitimè , ut dixi in Decalogo lib. 3. c. 4. dub. 2. Syl. sup. Ioan. Valero in suis dif- ferentias, differentia 5. in fine , & Barbola

sup. num. 32. ubi num. 33. addit, non esse credendum in foro externo, confessario afferenti se absoluisse à censuris: sed de hoc vide in nostra Expositione Bull. Cruciatæ, lib. I. §. 7. cap. 2. dub. 9. num. 3. vide dub. 10. num. 10. & dub. 11. num. 3. vide de omnibus his, in hoc cap. dictis, in nostra materia de pœnit. ubi de ministro eius.

CAPVT V.

De testio iure Paroeci, quod est ministratio Sacrae Eucharistiae.

SUMMARIUM.

Minister consecrationis Sacrae Eucharistiae est solus Sacerdos, quamvis sit excommunicatus. &c. num. 2.

Minister Sacrae Eucharistiae, ex officio, debet esse Sacerdos: in necessitate, & ex commissione Sacerdotis si habere potest, poterit Diaconus etiam corpus ministrare. num. 3. Non autem licet inferiori Diacono, nec sibi, nec aliij eam, etiam in necessitate ministrare. ibid. Sacram Eucharistiam ministrare, solum licet Pastoribus Ecclesie.

Ecclesiæ, ut Pontifici, Episcopis, & Parochis. num. 4. & 6. Vnde illam administrans sine horum licentia (idem de accipiente ab illis) saltem interpretativa, peccat mortaliter. ibidem. Non tamen fiet irregularis si sit Sacerdos, bene si non sit Sacerdos, modo sit Clericus. num. 5.

De licentia proprij post simplices Sacerdos etiam regularis, ministrare Sacram Eucharistiam. n. 7.

Sufficiet licentia tacita, presumpta, seu interpretativa. n. 8. Quid de extremo necessitate. ibid.

Sacram Eucharistiam sumens de manu altetius, quam pruprijs Pastoris, nō satisfacit communioni Paschali, nisi sit Peregrinus, aut habeant licentiam Parochi, quam prohibuit Parochis concedere tempore Paschalis D. D. Martinus Ayala Archiepiscopus Valent. num. 9. Quid si adsit iusta causa eam concedendi. ibid.

Parochianus nō satisfacit præcepto, Sacrae Eucharistiae, accipiens illâ à Parocbo Ecclesiæ Cathedralis num. 10.

Archipresbyter Cathedralis non potest ministrare Sacramenta alienis ouibus ad illum venientibus. num. 10.

Religiosi, ministrantes laicis Sacram Eucharistiam præsumptuose, incurront excommunicationem. n. 11. Quid si laicis sit in articulo mortis. ibid. Et Parochus denegat Religiosis licentię. n. 12.

Reli-

Religiosi habent priuilegiū ministrandi in suis do-
mibus Sacram Eucharistiam laicis, excepto die
Paschatis. num 12. Quid intelligatur per diem
Paschatis. ibid. Quare hodie in die Paschatis
Religiosi ministrant Sacram Eucharistiam. n. 13.
Religiosi an possint ministrare Sacram Eucharistiā
suis familiaribus, seu famulis, aut Tertiariis
per sua priuilegia. num 14.
Quid de Religiosis in partibus Indianarum existenti-
bus, num. 15.

1 **A**d intelligentiam nota, mini-
strum Eucharistie posse dupli-
citer considerari. Primo, quantum ad
confectionem ipsius Sacramenti, qui sic
dicitur minister consecrationis. Secun-
do, quantum ad dispensationem, seu di-
stributionem ipsius Sacramenti, qui di-
citur minister dispensationis, seu distri-
butionis.

2 Dico igitur primo: Minister cō-
secratio[n]is est solus Sacerdos, vt tenet
Catholica fides, estque definitum in Cō-
cilio Niceno Can. 14. Concil. Lateran.
sub I[oh]an[es]on. Tertio, cap. 1. Florent. in
litteris de Armenis. Trident. Sess. 22. c 1.
&

& communiter DD. cum S. Thom. 3. p. q. 82. art. 1. ex Belarmin. lib. 4. de Euchar. cap. 16. Suarez 3 part. disp. 61. sect. 3. Henr. lib. 8. cap. 44. Christus enim solis Sacerdotibus Apostolis, scilicet, & eorum in sacerdotio successoribus dedit potestatem suum sanctissimum corpus consecrandi, ut ex illis verbis Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem:* colligunt sanctos Patres, & DD. supposito ergo charactere Sacerdotali quilibet Sacerdos, siue haereticus, siue schismaticus, siue excommunicatus, siue degradatus, si habet legitimam intentionem, & applicet debitam materiam, & legitimā formam, valide consecrat, ut DD. tenent communiter cum S. Thom. 3. part. quest. 82. art. 7. & 8. Recinent enim characterem Sacerdotalem, & consecrandi potestatem quando ergo in cap. accedens, dist. 50. de degradatis, & multis alijs decretis 1. quest. 1. Dicitur consecrationes haereticorum esse irritas, intelligendum est, vel quoad debitum usum, quia sunt suspesi

*ex cap. ordinationes, q. q. i. vel quoad ipsas ordinationes, quæ non sunt facti debito, & essentiali ritu, persæpe enim habent prauam intentionē, non adhibēt debitam materiam, &c. quo pacto cōcedimus esse irritas, de quo Suarez plura *sup. disp. 61. seſt. 3.* de intentione requisita in consecrāte, agunt DD. in materia Sacramen- torū in genere, & in hac materia, & Deo dante, dicemus in *tract. de Sacram. lib. 1. cap. dub. & lib. 4. cap. 6. dub. 1.**

3 Quoad ministrū dispensationis est etiam distinguendum, aut competit ei ex officio, & lege ordinaria, in omni scilicet euētu tam in calo necessitatis, quam extra illam, aut solum in necessitate: mi- nister ergo ex officio debet esse Sacerdos, ut communiter DD. cū S. Thom. 3. p. quæſt. 82. art. 3. aut eom in confiando, ita, & in ministrādo Sacerdos Christi per sonam sustinet, qui hoc Sacramentum in Cœna confecit, & distribuit. Vide Trid. Seſt. 13. cap. 8. patet etiam ex c. peruenit, de consecr. *disp. 2.* In necessitate autē ex Sa- cer-

cerdotis cōmissione, & Ecclesiæ dispensatione, poterit Diaconus, non solum sanguinē, sed etiā Christi corpus ministrare, vt probat late Cōninch *in 3.p.q.82. art.3. n.18. & 19.* in Concil. enim 4. Cartaginēsi *Can.18.* dicitur, vt Diaconus præsēte Presbytero Eucharistiam corporis Christi, si necessitas cogat, erogat. Duo ergo requiriuntur, vt possit Diaconus Eucharistiam ministrare. Primum, vt necessitas ad sit, vt habetur in Cōcil. cit. vnde si ad esset aliis Sacerdos, nō posset tunc Diaconus, quia cessat necessitas, requiritur etiam cōmissio, & licentia proprij Sacerdotis (de quo statim) quod intellige, si facile haberi potest: aliter enim vrgētē necessitate, posset hoc Sacramentū distribuere sine illa expressa cōmissione: quia Sacerdos in hoc casu cēsetur ei cōmississe, cū ad id teneatur, vt expresse docet Gelasius Papa *epist. 1. cap. 10.* vide Conninch *sup. num. 21.* inferior auctem Diacono, vt Subdiaconus, aut laicus, nec sibi, nec alijs etiam in necessitate possunt Eucharistiā ministrare,

vt

ut cum alijs tenent Bonacina de Sacram.
tom. i. disp. 4. quæst. 5. punc^to 1. nu. 6. vers.
Sed contrarium: Etsi oppositum non iudicent improbabile Conninch. sup. nu. 23.
& Suarez disp. 72. se^ct. 3. ad fin. sed prior
sententia tanquam verior tenenda: quia
non est Eucharistia tantæ necessitatis, ut
eius dispensatio, etiā in necessitate Sub-
diaconis censeatur commissa, imo hoc
tempore ob Sacerdotum copiam, & mul-
titudinem, non videtur in vnu, ut Diaconus
Eucharistiam ministret, et si olim san-
guinem ministrauerint: nūc vero solum
Cardinalis Diaconus illum Papæ celebrā-
ti subministrat: ita citati.

4 Dico secundò: Etsi cuius Sacer-
doti rationem ordinis competat aliqua
ratione distributio huius Sacramenti, nō
potest tamen licite qui vis cuilibet Eu-
charistiam ministrare, sed hoc soli Pa-
rocco, & Pastori (excipe Papam in tota
Ecclesia, & Episcopum in suo Episcopa-
tu) competit de iure communi: sicque
liberum non est suscipere à quolibet Sa-
cer-

Sacerdote Sacram Eucharistiam , sed á pa-
store , vel ab alio Sacerdote de pastoris
licentia, & in hoc consistit ius Parœci , &
Paroeciae. Probatur ex Concilio primo
Cartagin. cap. 7. & ex Mileuitano cap. 18.
& ex c. omnis utriusque sexus, de poenit. &
remis. ibi enim Innocetius Tertius, post-
quam præcipit, ut quisque fidelis saltem
in Pascha à suo proprio Sacerdote absolu-
tionem à peccatis recipiat : addit; sus-
cipiens retinetur ad minus in Pascha Eu-
charistiæ Sacramentū , nisi forte de pro-
prij Sacerdotis consilio ob aliquam ra-
tionabilem causam ad tempus ab huius-
modi perceptione duxerit abstinentium.
Ex quo colligunt DD. administrationes
Eucharistiæ competere iure ordinario
propri Sacerdoti , vel alteri de pastoris
licentia. Requiritur enim ad illud mini-
strandum iurisdictio, ut docet Coddinch
3. part. quæst. 82. art. 3. num. 28. & cū Ro-
drig. Nauar. Reginald. dixi in Expositio
Bullæ lib. 7. §. 3. dub. 8. num. 2. & cum alijs
docentis Filiuc. tom. I. tract. 4. c. 9 n. 259.

Bonacina *10.1. disp.4. q.5. panct. i. n.5.* in fine , & Suarez videndus *disp.72. sect. 2.* ac Barbosa *de offic. & potest. Parochi, cap. 20. num. 2.* & dixi latius in materia Sacramenti Eucharistiae , ubi de ministro , & statuit Concilio Cartaginensi citatum: Et ratio est, quia ministratio Sacramentorum , & gregem Christi pascere munus est, non cuiuscumque , sed proprij Pastoris; & paululum præcipuum est Sacra- sancta Eucharistia , ac proinde , qui sine licentia saltem tacita, aut priuilegio, siue in Paschate , siue extra , etiam in articulo mortis Sacram Eucharistiam ministrat, peccat mortaliter ; ut docet Nauar. *cap.21. num.52.* & cum eo Conninch *sup. num.28.* Reginald. *lib.29. quæst.5. nu. 90.* & cum alijs Barbosa *vbi sup.* quia in re graui alienum officium usurpat, simili- ter peccet, ut docet idem Nauar. qui scien- ter a domino suo Parœco, vel alio de Paroeci licetia, vel priuilegio hoc Sacramentū sus- cipit: quia non est ei liberū a quo eumq; sed a suo Pastore suscipere. Nauar. *c. 21. n.52.*

s Nota

Nota tamen, et si grauite^r peccet
sine licentia proprij administrans Eucha-
ristiam alienis ouibus, nō tamen incurrit
censuram aliquā(dummodo non sit Reli-
giosus de quo postea) si ministrans est Sa-
cerdos; quia nō habetur in iure. Quod si
nō sit Sacerdos dummodo saltē sit Cle-
ricus, fiet irregularis: quia distributio Eu-
charistiae, quando sit propria auctoritate,
est ordinis Sacerdotalis, & cōsequenter
nō Sacerdos eam distribuēs, exerceat or-
dinem quē non habet. Dixi, dūmedo sic
Clericus: nam si est merē laicus, non fiet
irregularis, ut à simili dictū de baptizāte
laico solemniter, cap. 3. n. 9. cū Henrīq. lib.
de baptismō, cap. 29. n. 1. quia titulus dicit
de Clerico ministrante in ordine quē non
habet: & quāuis præcise distributio Eu-
charistiae, nō sit actus ordinis Sacerdota-
lis, est tamen ei annexa ex Ecclesiæ insti-
tutione, quod sufficit, ut Clericos eam
ministrās, nō Sacerdos, fiat irregularis, ut
bene docet Hēriq. lib. 2. c. 29. n. 1. & lib.
14. c. 6. n. 1. & Sayr. in thesau. lib. 7. c. 10. n. 6.

6 Ex quo patet de iure communī, nullum Sacerdotem sacerdotalem, siue regularem etiam in suis Monasterijs, posse fidelibus laicis Sacram Eucharistiam ministrare etiam in articulo mortis, sine proprij licentia expressa, aut saltem tacita, ut docet Nauar. sup. Vnde nec Beneficiarius in sua Parochia, absque sui Paroecii licentia, potest illam distribuere: ius enim absolute loquitur. Merito ergo Dominus meus Don Ioan. à Ribera Patriarcha Antiochen. & Archiep. Valent. in ultim. Synodo Decreto 9. sub excommunicationis pœna prohibuit absolute omnibus, ne derur Sacra Eucharistia in privatis domorum Oratorijs, cum in illis alias licite Missa celebratur. Idem prohibuit Cardin. Abauria. Archiepis. Panormi. in suo Synodo, teste Diana.

7 Dixi semper, absque licentia proprij Pastoris: nam de ipsius licentia, certum est licere etiam regularibus Sacerdotibus Sacram Eucharistiam distribuere, ut cōmuniter docent DD. ex cap. omnis

nis utriusque sexus. Potest ergo illam cōcedere Papa in tota Ecclesia, Episcopus in sua Diœcesi, & Parœcus in sua Parœcia, in qua habet ordinariam potestatem. Vide Nauar. cap. 21. num. 52. cit. Potest autem Parœcus hanc licentiam delegare simplici Sacerdoti, etiamsi is non sit ab Episcopo approbatus ad Sacra menta ministranda, ut late Reginald. sup. n. 92: cum Suarez 3. part. dis. 72. sect. 2. §. duo vero: & confirmat ipsa consuetudo: nam in delegato quoad hunc effectum solum requiritur ordo Sacerdotalis: quia Trident. Sess. 23. cap. 15. solum loquitur de approbatione, quoad Sacramentum poenitentiæ.

8 Aduertit tamen primo Nauar. cap. 21. num. 52. cit. & bene quidem videri excusatū à prædicto peccato mortali, eum qui Sacramentum Eucharistiæ acciperet, aut ministraret, quādo ex circūstātia personæ: vel tēporis, vel alicuius causæ iustæ credi potest, iuditio boni viri, Paroecum fore contentum, si rem intellexerit. Ra-

tio est , quia ad distributionem Eucharistiae non requiritur iurisdictio tanquam ad eius substantiam , sicut requiritur ad penitentiæ Sacramentum valide ministrandum; sed solum ad debitum ordinem , & modum seruandum in gubernatione populi Christiani , quare ad licitam Eucharistiæ distributionem sufficit probabilis spes , præsumptio , aut rathabitio de futuro , seu futurus pastoris consensus , ita Reginald . sup . num . 91 . § aduerte secundo , Filliac . tom . 1 . tract . 4 . cap . 9 . num . 260 . & dixi in Bulla , lib . 1 . § . 3 . dub . 8 . num . 7 . & in materia Eucharistiæ , ubi de eius ministro , idem Nauar . sup . cit . tenet , deficiente Parroco , & urgente necessitate articulo mortis adhuc non posse fideles a recipere Eucharistiam à simplici Sacerdote seculari , seu regulari , sine licentia saltim tacita Pastoris . Contrarium tamen existimo probabile , ut tenet Reginald . num . 93 sup . cum Suarez in fine sect . cit . Talis enim præsumitur pia mattis Ecclesiæ intentio : nam cum in hoc casu concedat Sacramen-

ti poenitentiæ administrationem simpli-
ci Sacerdoti , à fortiori Eucharistiæ , ni-
mirum ut suis fidelibus subueniat , non
tantum in extrema necessitate spirituali ,
sed etiam in graui , qualis est sumptio
Sacrae Eucharistiæ in mortis articulo : in
alijs vero necessitatibus ad hoc , vt de
manu simplicis Sacerdotis licite Eucha-
ristia accipiatur , requiritur præsumpta ra-
tionabiliter Paroeci voluntas , vel certe
Episcopi , vel Summi Pontificis , si de pra-
ua Paroeci voluntate constaret , vt docet
Suarez , & Reginald . *sup. Quod si Paro-
cus det licentiam sibi subditō , vt à quo-
cumque Sacerdote possit Sacram cōmu-
nionem sumere , posset illam etiam à Re-
ligioso recipere ; quia respectu illius cē-
setur specialis , Barbosa de offic. & potest.
Parochi , cap. 20. num. 7. vide Sanchez lib. 3.
de matrim. disp. 23. num. 17. & Mirandam.
in manu. Prælat. tom. I. quest. 42. art. 1. Et
Hieron. Roder. in comp. qq. regular. resol.
109. num. 5. Hoc autem intellige ex-
cepta cōmunione Paschali , ut infran seq.*

concessa autem facultate alicui ministrādi Sacramentum confessionis, non censetur cōcessa ministrandi Sacram Eucharistiam. Filiuc. tom. 1. tract. 4. cap. 9. num. 263, quia sunt duæ actiones separabiles & distinctæ.

9 Aduerte secundò: Sumentē Eucharistiam de manu alterius, quam proprij Sacerdotis, absque ipsius licentia, nō satisfacere præcepto Ecclesiastico de annuali communione, habetur expresse in cap. omnis utriusque sexus: idque cōprobat communis fidelium consuetudo, qui tuac temporis Eucharistiam aceipiunt in propria parochia, velut alibi sumant, à Paroeco licentiam postulant: vnde qui in Paschate sine proprij licentia in aliena communicat, tenetur quam primum poterit in propria communicare. Limita tamen nisi sit viator; nam si in aliena repertus comode ad suā redire nequeat, ibi poterit huic præcepto satisfacere, vt bene Azor 1. tom. lib. 7. cap. 30. quæst. 8. & Reginald. sup. num. 94. ex Caiet. verbo abso-

absolutio à peccatis, qui refert, se legisse
Eugenium Quartum concessisse, seu de-
clarasse viue vocis oraculo, viatores vbi
se inuenient in Paschate censendos tan-
quam imolatum adeptos, quoad Sacra-
menta Eucharistiæ, & poenitentiæ, vnde
quoad hæc duo non indiget, tunc pro-
prij Paroeci licentia. Vide in nostrū Dia-
log. lib. 3. cap. 5. nū. 12. & lib. 3. de Sacra-
mentis, vbi de ministro Eucharistiæ. Idem
Reginald. sup. num. 94. §. ultima propo-
sitione, tenet, si Paroecus liberum relinquat
suis subditis, ut in Paschate, vbi volue-
rint Sacram Eucharistiam sumant, posse
tunc etiam ad satisfaciendum præcepta
Eucharistiæ eam accipere de Religio-
rum manibus, idem tenet Sorbo in comp.
priuilegior. mend. verbo cōmunicare, § 27.
non obstante Clemētina I. de priuileg. de
qua statim afferunt namque, sufficere in
licentia exprimere Sacramentum, quam-
uis non exprimatur persona. Attamen cū
materia hæc sit exorbitans à iure com-
muni, non videtur tam ample interpretā-
da,

da, cum dispensationes, quæ sunt contra ius cōmune, non ample, sed stricte sint interpretandæ, ut diximus lib. 1. de Exposit. Bullæ, dub. 4. Proœmiali : Vnde merito D. D. Martinus Ayala Archiep. Valent. in Syndico Provinciali, Sess. 2. c. 20. prohibuit Paroecis sub multa duarū librarum, ne tempore Paschalis licentiam concedant suis ouibus sumendi Eucharistiam extra propriam Paroecū, nisi ex consensu ordinarij. Attamen si iuxta adsit causa, absitq; abusus, & contēptus, & maxime si ordinarius adiri commode nequeat, licite Paroecus eam concederet : quia hoc ei à iure cōmuni est concessum ex dict. cap. omnis, & cessante abuso, videtur cessare etiā prohibitio Synodalis, quæ forte ob abusum fuit facta. Adde, quia in dispensatione, seu ut proprie loquamur in interpretatione ieiuniorum, & laborandi in die festo communiter, non ad Episcopum, etiamsi facile adiri possit, (nisi pro foro extenso) sed ad Paroecum concurrunt fideles, ut dixi in Decalogo lib. 3. cap. 1. dub. 10. n. 13.

10 Obserua tertio: Quodā quos refert
Sāchez lib. 3. de matrim. disp. 27. n. 1. &
Barbosa de offic. & potest. Parochi, cap. 20.
n. 12. inter quos est Gutier. in qq. Can. lib.
x. c. 27. n. 24. & Bonac. tom. 1. disp. 4. q.
7. punc̄to 2. nu. 11. & si in fine oppositum
sentire videatur, existimare parochia-
dos satisfacere præcepta Ecclesiæ, si Ea-
chāristiam sumant in Ecclesia Cathedra-
li suæ Dioecesis, à Paroeco, seu Archi-
presbytero illius, nam putat Archipresby-
terum, seu Paroecū prædictū posse audi-
re confessiones, consequenter admini-
strare omnia Sacramenta etiam Euchari-
stiam omnibus fidelibus illius Dioecesis
absque licentia proprij. Verius tamē, &
tenendum est, ut praxis coafirmat tales
Paroecum, non posse alienis ouibus, abs-
que proprij licentia Eucharistiam, aut
alia Sacramenta ministrare: nisi esset ali-
cubi Presbyter deputatus, ad quā possent
omnes de Dioecesi gratia recipiendi Sa-
cramenta confluere, quod raro cōtingit;
nam in consuetudine positum est, solum
habere

habere potestatem in sua Parochia, ut dicitur in Decalogo lib. 3. cap. 5. num. 12. cum Sanchez ubi sup. & Bonacina loco citato, vide ibi, & lib. 8. de Sacramentis, ubi de assistentia Parochi in matrimonio.

II Quartò aduerte in Clement. I. de priuileg. latam esse excommunicationem Pontifici reseruatam contra Religiosos, qui sine licentia Paroecialis Presbyteri administrant Eucharistiam Clericis, vel laicis, quam non incurreret, si alijs Religiosis eam daret: quia textus solum loquitur de Clericis, vel laicis: ita Convinch 3. part. quæst. 82. art. 3. num. 2 g. ad quam incurredam requiritur aliqua præsumptio; quia textus dicit præsumpsit: quare qui omnino bona fide crederet, gratum esse proprio pastori, ut det ipsius subdito communionem, aut si omnino huius constitutionis ignorantia habuerit, eam censuram non incurreret, ut tenet Suarez 3. part. quæst. 82. artic. 3. disp. 72. sect. 2. Filiuc. tom. I. tract. 4. cap. 9. num. 261. Bonacin. tom. I. aifp. 4. quæst. 5. punct.

punct. 1. num. 9. quia hoc modo ministrās,
non agit præsumptuose, quod si laicis in-
firmis vrgeat necessitas, & adest pericu-
lum moriendi absque viatico, existimat
Convinch *sup. num. 32.* posse hunc Reli-
giosos ministrare laicis Eucharistiam ex
privilegio, quod (inquit) Paulus Ter-
tius concessit Societati Iesu. Attamen ve-
rius censeo, id non posse etiam in hoc
casu, quamuis non adsit copia proprij Pa-
roeci, qui eam ministrare, ut cū Sylvest.
& alijs tenet Sayrus in *thesauro, lib. 3. cap.*
29. num. 30. quia hoc Sacramentum non
est necessitatis. Nec obstat (inquit Say-
rus) *cap. pœnitentes, dist. 50.* quia intelligi-
tur ut in morte detur viaticum, per illos
scilicet qui possunt: & sic intelligitur
cap. quod in te de pœnit. & remis. vbi con-
secutioe conceditur, viaticum ad pœni-
tentiam, quod verum est, ut cui exhiberi
potest vnum, possit & aliud, non tamen
à quocumque, cum illa non sint pars ne-
cessitatis. Probabile tamen est, excusari
posse ab hac censura Religiosos, qui mi-
nistrant

ministrat laicis Eucharistiam in articulo mortis, ut tenet Bonacina *sup. num. 10.* & cum eo Barbosa *de offic. & potest. Parochi, cap. 20. num. 7.*

12 Circa Religiosos etiam aduer-
te, Nicolaum Quintum, Sextum Quar-
tum, & Leonem Decimum, conce-
fisse omnibus fidelibus, ut possint Sa-
cram Eucharistiam de manu, & in do-
mibus regularium accipere quouis tem-
pore anni; die tamen Paschalis excepto,
qua in re Suarez 3. part. quest. 82. artic. 3.
disp. 72. sect. 3. vers. Censeo igitur, & Rod.
I. tom. q. 56. artic. 3. vers. Ad hanc. Coniunct.
quest 82. artic. 3. n. 31. Fagundez in quin-
que præcep. Eccl præcepto 3. lib 3. cap. 2. n. 18.
& alij apud Barbosam de offic. & potest.
Parochi, cap. 20. n. 10. & Hieron. Rodrig.
in comp. qq. regul. resol. 127. n. 3. per diem
Paschalis intelligunt, diem Paschalem
formaliter, hoc est, ipsam communio-
nem, per quam adimpletur præceptum
Paschalis communionis, vnde afferunt,
qui iam huic præcepto satisfecit, po-
test

test ibi in die Paschalis Eucharistiam ex deuotione accipere. Idem tenet Laymā in *Theologia morali lib. 5. tract. 4. cap. 7. num. 4.* ubi quantum ad primum existimat (& bene) considerandam esse Parochi voluntatem : utrum scilicet , is contentus esse videatur , ut Paschali etiam tempore à regularibus Sacra Eucharistia suis ouibus ministretur ex deuotione. Addit deinde , quantum fieri potest , ipso die Dominicæ Resurrectionis abstinere debent à parochianis communicandis , cum ipsis eo die ministratio Eucharistiae interdicta sit , si parochia non consentiant , ita refert Barbo sa *ubi supra num. 10. circa finem.* Verius tamen est , diem Paschalis summi materialiter pro ipso die Paschæ : ita ut nemo eo die , etiam ex deuotione , in domibus Religiosorum possit accipere Sacram Eucharistiam , ut tenet Nauar. *cap. 21. numer. 52. Azor , 1. tom. lib. 7. cap. 30. quæst. 7. in quam etiam sententiam inclinat Collector priuilegiorum mand.*

mand. verbo communicare , de qua latius diximus lib. i. Bullæ, §. 3. dub. 7. in fine, idq; constabit consideranti attēre supradictas concessiones. Idem Collector, verbo co-mutare , §. 10. refert Leonem Decimum in Concil. Lateran. statuisse , k eligiosos non posse Eucharistiam . & Extremā un-ctionem infirmis ministrare , etiamsi dicant proprios Sacerdotes ea ipsis denegasse , nisi denegatio sine legitima causa facta viciorum testimonio probata , aut requisitio coram notario publico facta doceretur: sed de hoc *infra cap. 7.*

13 Quod si dicas: regulares etiam in die Paschæ, laicis ex deuotione com-municantibus ministrare Sacram Eucha-ristiam. Respondeo, hoc esse, & fieri de licentia, & facultate Paroecorum tacita, & interpretatio, quod interpretatur tol-lerata consuetudo : nam id scientes , & videntes, & non contradicentes con-fire videntur. Sic in nostra ciuitate Va-lentina , imo levit consuetudo , tacito Paroecorum consensu introducta, ut Pa-roecus

roecus in sua paroecia alienis etiam oib-
bus possit ministrare Eucharistiam tem-
pore Paschalis, communionis excepto:
ut dixi in *Bulla loco citato*.

14 Aduerte etiam, Regulares ob
sua priuilegia, de quibus Compendium
priuilegiatum, verbo familiares fratribus,
Portel, dubia Regul. verbo Sacramentorum
administratio, Rodrig. tom. 2. quæst. 56.
& Hieron. Roder. in Compendio qq. re-
gular. posse administrare Sacmentum
Eucharistiae, Extremæ unctionis, & Po-
nitentiæ familiaribus Conuentus ibi ha-
bitantibus; quod procedit, ut ait Vi-
llalobos part. 1. tract. 7. diff. 47. n. 5. etiam
in famulo coniugato, qui ob id non der-
mit in Monasterio, si in ipso Monasterio
ægrotat, quia est continuus commensa-
lis, sup. num. 9. vide in Decalogo lib. 3.
cap. 5. dub. 2. num. 11. Non tamen posse
Regulares dare Eucharistiam tempore
Paschalis, nec in articulo mortis Tertia-
rijs in domibus suis priuatis habitatibus:
quia ut refert Rodrig. sup. q. 56. art. 10.

eis nullum datur privilegium circa hoc concessum : vide Villalobos *sup.* vide Bonacindam *tom. I. disp. 4. quæst. 7. n. 10.*

15 Demum aduerte, Religiosos etiam non mendicantes in partibus Indianorum, de licentia Capituli Provincialis , posse parochi officium exercere, intra,& extra Monasteria in locis assignatis per ministris Regis Hispania, nulla Ordinarij licentia requisita ; ibique exequi omnia prædictum officium concerneantia, etiam transudo per terminos alienæ paroehiæ Clericorum, habere etiam scholas ad docendos pueros , & colligere oblationes in suis Ecclesijs , ut cōcessit Pius Quintus ad instantiam dicti Regis Philippi Secundi, Adrian. VI, & Pius V. & Sixtus V. prout refert Hieron. Rodrig. in *Compen. qq. regular. resol. 109. n. 1. & 2.* & *resol. 127. num. 10.* vide Sanchez lib. 3. de matrim. *disp. 31. num. 18.* vide infra cap. 5. vers. Aduerte tamen, & cap. 6. dub. I.

C A P V T VI.

*Dē quarto iure Parœci, quod paroeciam
diebus festis in propria paroecia
Missam audiant.*

S U M M A R I V M.

*L*audabilis consuetudo audiendi Missam in
propria parochia. nū. 1. An hoc sit in præ-
cepto. num. 2.

*Antiquitus prohibitum non dicere Missas priuatas
ante Conuentualem, seu Parochialem, quæ
celebrabatur hora Tertia: & monetur ut popu-
lus ieunus ad eam accedat. num. 2.*

*Quas pœnas incurrat in assilens Missæ parochia-
li. num. 2.*

*Causæ cum Missa parœcialis audienda, sit in pro-
pria parochia. num. 3.*

*Missæ parœcialis est veluti tesera fidei Catholicae.
num. 4.*

*Præsules Hispani orarunt Sacri Concilij interpre-
tes, ut præciperent Missam parœcialem, audiendam
da esset ex præcepto. num. 4.*

*An paroeciani ita teneantur in sua paroecia Mis-
sam audire, ut si illam extra propriam paroë-
ciam*

ciā audiant, & peccant, & praecepto de audiendo sacro satisfacisse minime censeantur. num. 5. 6. 7.

Missa audiens extra suam parochiam sine iuxta causa, & contempto Rectore, peccat secundum ius commune. num. 7. Quænam sint causæ iustæ, & quando dicatur contempti parochus. ibid. *Hoc ius commune est abrogatum per contrarium consuetudinem, modo absit contemptus parochi proprij.* num. 8. Ideo satisfaciunt andie-tes *Missa* in Monasterijs, aut in Oratorijs, modo parochus non contemnatur. n. 9. & 10. *Paulus V.* quomodo prohibuerit ne *Missa* dicatur in Oratorijs. num. 10.

Episcopus an concedere possit. ut dici possit *Missa* in Oratorio. num. 10.

D.D. Ioan. à Ribera prohibuit, ne *Missa* in diebus festis audiatur in Oratorijs, nisi sint infirmi. num. 10.

Episcopus Andegauensis quid disposuerit circa *Missam* paroeciale. num. 10.

Episcopus non potest præcipere sub excommunica-tione, aut alijs pœnis (bene simplici præcepto) ut parochiani in suis parochijs *Missa* audiatur. n. 11. An teneantur ibi concionem audire n. 12.

*Utilissimum est Parœco. & parœcianis, ut ij in sua parochia *Missa* audiant.* num. 11. *Vbi referuntur circa hac pia monitiones D.D. Ioan. a Ribera*

à Ribera Archiepis. Valent. & Sancti Caroli Borromei. num. 13.

An parœciani teneantur in sua parœcia Missam audire, si Parœcus non possit vitam sustentare, nisi ex oblationibus. num. 14.

Parœcus an teneatur offerre Missam pro populo : & quid circa hoc dispositum sit in Synodo Valent. num. 15.

1 **M**axima, & vere laudabilis fuit antiquorum Patrium diligētia, ut quisque suam parœcialem Ecclesiam conueniret, ibique Missam parœcialem audiret, ut doctissime notat, & refert ex varijs Concilijs Ioan. Filecas in suo tract. de origine Parœciarum, cap. 5. 6. & 7. cuius doctrinam pietate plenam hic referre minime grauabor. Primo igitur cap. 5. probat, præceptum audiendi Missam esse antiquissimum, de quo dixi in Decalogo lib. 3. cap. 3. in fine. Secundò, in cap. 6. probat obligationem audieandi Missam in propria paroecia, ex multis Concilijs.

2 Nam Concil. Trullanum Canon.

81. statuit, ut laicus, qui tribus diebus
 Dominicis in tribus septimanis suam pa-
 roeciam non conuegetur causa audiendi
 Missam, excommunicetur. Clericus vero
 deponatur. Idem statuit Concil. Burde-
 galense, ann. 1582. Concil. Senense cap.
 72. decernit, ne quis à paroeciali Missa
 abesse possit sine Parochi venia, aliás pu-
 niatur: deinde, ne populus distrahatur à
 Missa paroeciali, & ab auditione manda-
 torum Dei, & Ecclesiae, prohibet ne di-
 cantur missæ in Capellis diebus Domini-
 cis, nisi post missam paroecialem; quod
 ante septimegentos, factatum etiam scri-
 bunt Buchardus lib. 2. cap. 54. Iuo part. 2.
 cap. 119. ex dictis Augustini, vel ex Theo-
 dulpho Aurelianensi Episcopo his verbis:
Et hoc attendendum est, ut Missæ peculia-
res, quæ per dies solemnies (idest Domini-
cis, ut ibi infra explicatur) a Sacerdoti-
bus fiant, non ita in publico fiant, ut per eas
populus à publicis Missarum solemnis, quæ
hora Tertia Canonice fiant, abstrabatur.
Subdit, & admonet, ut populus ieiunus
 ad

ad Missam, & prædicationem verbi diuini accedat : & quod Missam paroecialis hora Tertia celebretur, ut populus à publicis solemnibus non abstrahatur. Idem fere statutum est in Concil. Coloniensi in Germania , & Sanctus Carolus in Concil. Mediolanen. 4. statuit : quod si in die festo, etiam per illud Missæ sacrificium quod aurora sit, populus à Missa paroeciali reuocetur, tunc Episcopus illud, etiam festo die post Missam paroeciale m fieri, celebratione iubeat : In Gallia etiam idem statutum est diuersis Concilijs Remense Concil. *tit de diebus festis*, cap. 2. ita ait : diebus Dominicis , & festis in suas parochias populus cōueniat, & Missæ, concioei & vespertino intersit. Hoc idem stricte præcepit Synodus Turonensis ann. 1583. *cap. de Christi fidelibus laicis*: & addit, eos qui sine legitimo impedimentoo absunt à sua paroecia per tres dies Dominicos pœnas à Canonicis Sacris indictas incurrere : vide Filefacum *eodem cap. 6. pag. ultim.* ubi explicat, quid sit

fermenti panis benedicti usus , seu panis benedicti usus in Sancta Ecclesia.

3 Tertiò : idem Filescus *sup. cap. 7.* enumerat causas legis , & præcepti de Missa paroeciali audienda. Prima est Pastores, & Paroeci tenetur inter Missarum solemnia populum docere, ut statuit Cōcil. Trullanum *cap. 19.* Maguntiū *cap. 25.* & alia Concilia , quæ Filescus *sup.* & nouissime Trident. *Sess. 5. cap. 2.* & Synodus nostra Valentina , & dixi in Decalogo *lib. 1. cap. 1. dub. 4. num. 7. & 9. & lib. 4. cap. 1 dub. 8. num. 13.* Tenetur ergo populus audire Missam paroecialem , ut audiat paroecum suum docentem. Itaque (ait) par rationem obligationis viroisque constringit , aut pari facilitate ab omni illo onere soluentur. Deinde Trident. *Sess. 24. cap. 4.* sic ait : *Monsat Episcopus,* diligenter populum , teneri unumquemque paroeciae suæ interesse , ubi commode id fieri potest , ad audiendum verbum Dei. Si ergo , inquit Filescus , populus tenetur audire Paroecum multa de Christo absenti

senti prædicantem, multo magis tenebitur Christum præsentem in tremendis missæ mysterijs à Pastore suo celebratis adorare & venerari. Addit; si Paroecus diebus festis tenetur sacram facere , vt populus missam audiat; ergo tenetur populus audiē missam paroecialem , vnde sit vt pars sit etiā obligatio utriusque : etsi populus non tenetur sacrificio Pastoris adesse , nec vicissim tenebitur Paroecus sacram populi sui causa facere.

4 Quartò : idem Filescus *sup. eodē cap. 7. §. is ritus, circa finem , pag. 66 I.* sic ait : *Missa paroecialis satis commoda, & opportuna ratio videtur , quæ legitimos Ecclesiæ filios à spurijs secernat, & subdit missam paroecialem , veluti teseram fidei Catholicæ hoc tempore retineamus, ita ut , qui non semel , sed saepius illi interfuerit Catholicus ex animo censeatur : sic qui Synagogas Iudæorum , vel hæreticorum conuenticula multoties frequēt , præsumitur Iudaismi , aut hæreseos impieitate teneri.* Ea credo , ait Filescus ,
ratio

ratio impulit maximos, & suorum salutis amantissimos præsules Hispanos Archiepiscopū Tolitanum, & Episcopos Palentinum, atque Salmanticensem, ut orarēt Sacri Concil. Trid. illustrissimos interpretes, quatenus censerunt missam paroecialem, ex præcepto, & lege Ecclesiæ audiendam. Aduerterebant prudentissimi Pontifices, apud suos, & quod paſsim occurrit, in Hispania per multos esse, vel à Iudeis, vel à Saracenis oriundos, & paternæ impietatis successores, vel alios idolatria, vel magia insignes: sed cū non facile discerei posseat meri Christiani à fuccatis, hosce ventilabrum optimi Antistites expostulabant, quo in area Domini paleæ istæ à frumento secerteretur. Concludit Filescus, hæc in tantis fluctuantium animorum procellis securitas, ut dum in Ecclesias paroeciales ad sacrum audiendum Parocco faciente, frequentes, legitimo, & ordinario Conuentu, ut ait Concil. Agattense, concurrimus, nos in Arca Noe, hoc est in Eccle-

Ecclesia Christi Catholica, & Romana certo esse sciamus, cum hyerarchico ordine, cuius vertex est Pontifex Romanus nostris maioribus Apostolicus dictus, religiose & sincere adhæremus.

5 Sed restat explicandum, an paroeciani ita teneantur in sua paroecia missam audire, ut si illam extra propriam paroeciam audiant, & peccent, & præcepto de audiendo sacro, satisfecisse minime cœlicantur.

6 Ad intelligentiam nota in cap. 2 de *Parochijs*, statuit, ut Dominicis, idest, festiis diebus, Presbyteri, antequam missam celebrent plebem, interrogent, si alienus parochianus in Ecclesia sit, qui proprio contemptu Presbytero ibi velit missam audire, quam si inuenierit, statim ab Ecclesia abijciat. Et *Sixtus Quartus* in sua constitutione, quæ habetur inter extraag. communes, & incipit *vices illis, tit. de tregua, & pace*, sic ait: Cum iure sit cautū diebus Dominicis, ac festis, paroecianos teneri audire missam in eorum paroeciali Ecclesia.

7 Innocentius, Hostiensis, Abbas,
 & alij Canonistæ existimant ius commu-
 ne, ex capitibus supra citatis præcipere,
 vt quisque paroecianus in sua paroecia
 missam audiant, ita vt in aliena diebus
 festis missam audire non possint, quoru[m]
 doctrina intelligenda est, dummodo pro-
 prius Paroecus contempnatur, & non
 adsit iuxta causa, vt bene explicat Abbas
cap. ut Dominicis citato, & communiter DD. deducitur aperte ex textu didici,
cap. ex illis verbis, proprio contemptu
 Presbytero. Sicque intelligenda est cō-
 stitutio citata Sixti Quarti: nam refert se
 ad ius commune, quod excluso contéptu
 non obligat, vt probat etiam Nauar. *cap.*
21. num. 5. & late Azor 1. tom. lib. 7. cap. 6.
quæst. 4. qui in fine quæst. ait, requiri
 formalem, & expreßum contemptum,
 videlicet ille qui fit cum indignatione,
 & conuictijs in proprium Paroecū iacta-
 tis. Verius tamen censeo cum Reginal.
lib. 19. quæst. 3. num. 22. sufficere tacitum
 contemptum, qui præsumitur, cum quis
 pro-

propriam paroeciam frequenter, & sine
iusta causa deserit. Ob idque in dicta ex-
travag. Sixti Quarti, præcipitur Religio-
sis ne prædicent, paroecianos non teneri
in suis paroecijs missam audire diebus
festis, & Dominicis, cum ad id iure te-
neantur, nisi iusta causa excusat. Iustæ
autem causæ sunt, quas assignat Panor-
mit. *sup.* & refert Azor *quæst. 4. cit.* &
Reginald. *sup. num. 22.* Nimirum si pro-
prius Paroecus est censura ligatus, aut
concubinarius: aut cum quis deuotius,
vel fructuosius, solet alibi missæ inter-
esse; videlicet, quia ibi missam, & con-
cionem auditur, vel concionē fructuosio-
rem quam in sua paroecia: aut quia re-
poris, vel loci, aut alterius rei occurren-
tis difficultas non patitur cōmode adire
paroeciam: aut etiam, quia consuetudo
est ibi recepta, vel à Summo Pontifice
concessum priuilegium, ut missa extra
paroeciam audiatur: hæ sunt causæ quæ
deobligant ab audienda missa in propria
paroecia. Nulla autē ex his causa existē-

te manet integrū ius de audienda missā
in propria paroecia , quod ius commune
adhuc viget in Gallia , Flandria, & Ger-
mania, ut referunt Azor *sup.* & Filescus
sæpe citatus, *cap. 7. §. consuetudinem.*

8. Nihilominus tamen dicto iuri cō-
muni modo explicato per contrariam, &
cōmunem consuetudinem iam est deroga-
tum, ita ut liberum sit , quamvis nulla
ad sit causa, cui libet, vbi expresse , & for-
maliter voluerit etiam in Ecclesijs regu-
larium missam audire, dūmodo proprius
non contempnatur, ita Navar. *cap. 21. n. 5.*
& multi quos Azor *sup. quest. 5.* Barbosa
cum alijs *de offic. & potest. Parochi* , *c. 11.*
num. 18. Fagundez in 5. præcepta Ecclesiæ.
præcepto 1. lib. 2. cap. 3. num. 8. & 9. & dixi
in Decalogo lib. 3. cap. 1. dub. 6. num. 4. &
late Cenedo Collectanea 104. vbi sic ait:
resolute pro vera intelligētia istius textus
(*5. cap. et Dominicis*) *quod ceſante cō-*
temptu t intellige de formalī, & expres-
ſo (& periculo ignorandi festa , ieunia
indicta à Paroecio, & excommunicatiōnes
publi-

publicatas ab eo , & cessante fraude ius
rium parochialium , & erronea supersti-
tione, licite quis audit missam peculiare
etiam extra paroeciam in diebus Domi-
nicis, & alijs festiuis , nulla intercedente
licentia proprij Paroeci , ut comprobat
communis fidelium, approbata praxis, &
consuetudo.

9 Ex quo colligitur primò : satisfa-
cere præcepto audiendi missam, eos qui
extra suam paroeciam illam, in Monaste-
rijs Religiosorum audiunt , dummodo
formalis Paroeci contemptus non inter-
cedat , ut communiter DD. cum Nauar.
dicit cap. 2 t. num. 5. Nam Leo Decimus, cō-
stitutione quæ incipit: *Intelli ximus quos-*
dam, de qua Barbosa sup. num. 15. & Hier-
ron. Roder. in Compendio qq. regular. re-
sol. 25. vnum. 5. id Religiosis concessit: idē
pro Germanis declaratum, refert à Clem.
VIII. Barbosa sup. num. 15. quod privile-
gium asserit Azor sup. dicit cap. 6. quæst. 7.
non est contra ius commune: quia ius cō-
mune, ut ipse sentit, solum obligat, dum
adest

adest contemptus Paroeci, modo sup. explicato; atque ita secluso contēptu, possunt fideles sacram audire in domibus Religiosorum, & cōstitutio Sixti Quarti intelligēda est primum ius commune, quod, secluso contēptu, non obligat. Quod si formalis Paroeci contēptus intercedat, peccarent absque dubio mortaliter, nō præcise: quia extra paroeciam audiānt missam; sed quia extra illam audiendo formaliter paroecum contēpnuunt: implebunt tamen præceptum de audienda missa, ut cum Bonacina, & Fagandez dixi in Decalogo *loco sup. citato*, & tenet Barbosa *vbi sup. num. 19.*

10 Secundò sequitur: satisfacere etiam præceptio audiendi missam, eum qui illam audit in priuato oratorio ab Episcopo visitato, & approbato, dūmodo formalis Paroeco contēptus non intercedat. Aduertendum tamen est, circa oratoria his temporibus maximum foisse abusum: nam fere in singulis nobiliis, & diuitiū domib[us] oratoria reperiebātur, quo-

quorum occasione fideles non solum proprias parœcias, sed etiam nec alienas Ecclesiæ Missam audiendi causæ frequentabant, obidque & meritissimè ann. 1616. Paulus V. Pontifex maximus prohibuit motu suo proprio, ne quis absque ipsius Papæ licentia possit in Oratorio Missam audire, abstulerique Ordinarijs facultatē concedendi licentiam, ut in priuato Oratorio Missam celebretur, & audiatur. Idē Pontifex postea Ordinarijs concessit facultatem, ut possint tanquam Sedis Apostolicæ delegati Oratoria priuata visitare, approbare, & concedere pro certis personis licentiam, ut ibi celebretur, & Missam etiam in die festo audiant, quibusdam conditionibus obseruatis: de quibus latè diximus *in exposit. Bullæ lib. I. §. 3. dub. 5.* quibus obseruatis, potest ibi missam celebrari, audiri, & præcepto satisfieri. Dominus etiam meus D. Ioann. à Ribera Archiepis. Valent. ante Paulum V in sua Synodo ann. 1607. decreto 9. prohibuit sub priuatione licentiæ audiendi missam,

ne quis in Oratorijs priuatis audiat Missam in Dominicis, & festis diebus, nisi ille, qui in infirmitate detinetur, aut alia iusta causa, quam Paroecus dignoscat. Et Ioao. Filefacus *tract. de orig. Paroeciarum, cap. 7. §. Is ritus, refert.* quandam piam orationum reformationem factam à Gulielmo Andegauensi Episcopo, in Synodo Dioces. ann. 1314. & postea refert, alios Episcopos in suis Synodis ordinasse, ne in capellis, prioratibus, aut alijs Ecclesijs Missæ celebrentur donec in Ecclesijs Paroecialibus Missa fuerit celebrata, ne aliqui paroeciani ad missarum solemnia ibi admittantur, cum debeant ad suam matrem Ecclesiam qualibet die Dominicæ accedere.

ii Sequitur tertio: Episcopū non posse præcipere, ut paroeciani in suis paroecijs conueniant ad Missam audiendā excommunicatione, & alijs poenis constitutis, ut cum Nau. d. n. 5. docent Azor *sup. q. 6.* Reginald. *sup. d. n. 22. §. dicto autē.* Fuscos de visitat lib. 2. cap. 2. n. 30. & cap. 21. num. 42.

Cc-

Cenedo collectanea 104.n.2. Fagundez in
 quinque præcep. Eccles. lib. 2. cap. 3. nu. 12. &c.
 dixi in Decalogo lib. 3. c. 1. dub. 6. nu. 5. Quia
 generali consuetudine contrarium serua-
 tur, at contra generalem consuetudinem,
 Episcopus facere non potest, sicut nec cō-
 tra legem generalem. Nec obstat Trid.
 sess. 22. in decreto de obseruandis in ce-
 lebratione Missæ; quia ibi non dicitur,
 quod Episcopus præcipiat, sed moneat.
 Imo domini Cardinales Sacri Concilij
 Trident. interpretes hanc declarationem
 ediderunt: *Ordinarius nō potest per hoc con-
 cilium mulctis, & pœnis, etiam in causa nota-
 bilis negligentiae cogere populu ad audiendā
 Missam, & sacram concionē, in Ecclesia pa-
 raciali, nec pueros ad addiscendam doctrinā
 Christianam, etiam si hoc fieri voluerit in
 oppidis, villis, aut alijs locis extra Cinitatē.*

12 Quod autē fideles nō teneātur audi-
 re verbū Dei, seu cōcionē in propria paro-
 chia, & q̄ verba Trid. sess. 24. c. 4. de refor-
 ibi: *Teneri unū quemq; Parochia & suæ inte-
 resse ubi comode id fieri possit, ad aediēdū*

verbum Dei, docet Suarez, *to. i. de Relig.*
lib. 2. cap. 16. num. 10. Azor tom. 1. lib. 7. cap.
3. q. 7. vide Zerola in praxi, p. 1. verb. Præ-
dicat, vbi ait, consulto addidisse Trident.
moderationem, si fieri potest commode,
ideo dicit Zerola: Ideo vidi viros pios, &
doctos alibi audire verbum Dei, non in Pa-
roecbia, quia fortasse ei plus satisfacit unus,
quam alius concionator, & adducit dictam
Cardinalium declarationem. Vide Nau.
cap. 2 1. notab. 5. vide etiam in expositione
nostra Decalogi, lib. 3. cap. 1. dub. 4. num. 4. 5.
6. 9. & 10. Vbi abunde explicatum est, an
fideles teneantur concionem audire, &
in sua parœcia, & an ab hoc Ordinario
cogi possint: vbi etiam exagitatum est,
an parœcites teneantur concionari, & verbū
Dei populo proponere, & explicare, &
quando peccent pastores verbi diuini
prædicationem prætermittentes.

13 Atramen, si tota aut maxima pars
 parœcianorum parœciam desereret, exi-
 stimo cum Azor *sup. q. 6. cit.* Posse Episco-
 sum simplici mandato præcipere, ut pa-
 rœ-

rœciani ad suas parœcias accedant audiēdi Missam causa, non tamen id poenis impositis præcipere, aut constitutionem sub excommunicatione ferre, quo in casu Missam audientes (secluso Parochi contemptu) eam non incurrerent. Mihi tamē persuadeo, si Summus Pontifex certior factus fuisset, quod ijs temporibus paucissimi, aut fere nulli parœciani suas parœcias frequentant, Missam parœcialem, & concessionem audiendi causa, facillime concederet, ut possent Prælatos suas oues ad id impossitis poenis cogere. Certè negari non potest utilissimum, & ipsis parœcijs maximē necessarium, ut quisque propriam parœciā conueniat: ibi enim audit Parœcum festa indicente, & ieunia, cognoscit etiam, quinam excommunicati sint vitandi, & alia quæ ad parœciæ ornatum, & ad diuinum cultum rite peragendum sunt necessaria. Patiuntur enim parœciæ maximaderrimenta in suppellectibus, & ornamentiis ex absentia parœcianorum, imo & eorum conscientiæ: vi-

di enim quam plurimus ieiunium violare
ex ignorantia, & propter eandem excusam.
nicatis vitandis comunicare: quamobrem
Cardinalis S. Carolus Borromeus 2. tom.
suarum Synodorum p. 2. de reto 4. acto
in Synodo Dioecesana Mediolan. fol. 31.
pag. 2. in meis, & dominus meus D. Ioan.
à Ribera Archiep. Valen. Patriarcha An-
tiochen. in Synodo ann. 1584. sanctissimum,
& piissimum decretum ediderunt, ex pa-
ternali charitate exortantes, ut quisque
fidelium quoad fieri possit, suam propriam
Parœciam conueniat.

14 Quod si Parœco non sit alia ratio vi-
tae cum dignitate tuendæ, quam ex obla-
tionibus parœcianorum, cum nec prædia,
nec decimæ prædiales, aut similes redditus
ei assignati sint, Filefacus sup. cap. 7. cit. §.
Henricus, tenet tanquam certum, parœ-
cianos peccare, qui nulla exculatione sin-
cera à Missa parœciali absuerint diebus
Dominicis, quibus parœco tenetur sup-
peditare, unde vivat.

15 Denique nota obiter, etiam si tenean-
tur

rur paroeci saltē Dominicis, & festis diebus Missam celebrare ut eam populus audiatur; non tamen teneri de iure communī eam pro populo offerre, nec ei applicare: quia nullo iure id cautū reperitur, decimæ enim & primitiæ non pro applicatio ne Missæ, sed pro sacramentorū administratione paroeco conceduntur. Ita Sūar. 3.p. disp. 86. sect. 1. Conninch 3.p. q. 83. ar. 1. dub. 11. Barbosa de offi. & pot. Episcopi 10.2. alleg. 23.n. 23. & de offi. & pot. Parochi, c. 11. n. 10. & dixi in Decalogo lib. 4. c. 1. dub. 8.n. 11. in quo dubio retuli aliqua, & præcipua circa Parochi obligationem, & Doctores de illa agentes. Excipe, nisi ad id ex speciāli statuto synodali, vel particulari consuetudine approbata, quæ in hoc obseruanda est, teneantur, ut dixi dicit. dub 8.n. 11. In nostra autem Dioecesi quibus diebus teneatur Parochus sacrificium pro populo offerre statutum est in Synodo ann. 1631. decreto 36. vide ibi.

CAPVT VII.

*De quinto iure Paræci, quod est ministratio
Extremæ unctiōnis.*

SUMMARIUM.

Solus Sacerdos est minister Extremæ unctiōnis.
num. 1. Quilibet Sacerdos potest eam validē, sed
non licet ministrare, nisi solus Pastor, aut aliis
de ipsius licentia, quam dare potest Paræcus
excommunicatus: sine ministrans peccat, sed nō
incurrit censuram, si sit Sacerdos sacerularis.
num. 2. & 3.

Religiōsi ministrantes hoc sacramētum sacerularibus
sine licentia Pastoris quomodo peccant, & quae
pēnas incurvant, qualis licentiā sufficiat, *num. 4.*
Quis possit eam concedere, num. 6.

Religiōsi oblatis, nouitys, & seruitoribus an possint
ministrare hoc Sacramentum, *num. 5.*

I **S**Opponendum est huius sacri mi-
nistrum esse solum Sacerdotem, pa-
ret ex Concil. Florent. & Trident. *scil. 14.*
cap. 3. & sit communis DD. & Ecclesiæ
senius quæ nunquam alijs huius sacri ad-
minis-

ministracionem permisit. Colligiturque aperte ex cap. 5. Iacobi, vbi solos Presbyteros iubet induci, per quos in novo Testamento intelliguntur Sacerdotes, ex Trident. vbi sup. & communij DD. consensu. Et dixi latius vbi de hoc Sacramento.

2 Attamen, & si quilibet Sacerdos hoc Sacramentum valide administrare valeat, cum eius ministratio non sit actus iurisdictionis, sicut est absolutio à peccatis. Concil. Trid. sess. 14. cap. 3. de Extrema vñct. S. Thom. in 4. dist. 2. 3. q. 2. art. 2. Consinch. disp. 19. à nu. 27. Filiuc. tract. 3. cap. 5 n. 87. Bonacisa tom. 1. disp. 7. quest. unica, punct. 4. num. 1. & cum alijs Barbos. de offi. & potestat. Parochi, cap. 22. num. 1. Non tamen omnis Sacerdos licite, & sine peccato illud conferre potest: sed solus Pastor, ut Papa, Episcopus, aut Paroecus, aut aliis de Pastoris licentia, & in hoc cōsistit hoc ius Paroeci, quia conferre Sacra menta est munus Pastoris, ex Clementina 1. de Priviligijs, Clem. Dudum, §. Verū, de sepulturis

turis. Colligitur etiam ex cap. vnico de sacra Vnctione, & Trid. sess. 23. cap. 1. & dixi sup. cap. & tenent DD. sup. citati, vide Sotum in 4. dist. 23. q. 2. art. 1.

3 Vnde alienus Sacerdos qui sine licentia Pastoris hoc Sacramentum ministrat, peccat mortaliter, quia alienū ius inuidit, & usurpat. Ita Ledesma cap. 5. de Extrema Vnct. concl. 2. Cōincoh. disp. 19. dub. 9. n. 28. Barbosa sup. n. 2. Bonacina loco cit. nu. 4. & cōmuixerit DD. Nō tamē talis Sacerdos, si sacerdotalis est, (nam de Religiosis statim) incurrit aliquam censuram, quia id nullo iure habetur: cum licentia autem Paroeci, seu Pastoris poterit quilibet Sacerdos, etiam regularis, ut expræfle habetur in dicta Clem. I. de priuilegijs. Quam licentiam poterit concedere Paroecus, etiam denuntiatus, ut cū multis tenent Henrīq. lib. 3. de Sacram. Vnct. c. vlt. §. 3. lit. Q. Quia huius Sacramenti ministratio non ad iurisdictionis, sed ad ordinis potestatem pertinet.

4 Religiosi verò hoc Sacramentū sine Paroec.

Paroeci, vel illius superioris licentia ministrantes non solum peccant mortaliter, sed etiam incurunt excommunicationē Papæ reservatā, ut habetur in dicta Clement. i. de priuile. his verbis : *Religiosi qui Clericis, aut laicis Sacramentum Unctionis extremae, vel Eucharistiae ministrare, matrimoniaue solemnizare, non habita super his Parœcialis Presbyteri licentiā speciali præsumperint, excommunicationis incurvant sententiam ipsoſ cōto, per Sedem Apostolicam dumtaxat absoluendi.* De qua vide Sylvest. excommunicatio. 7. excommunicatione 14. Nauar. cap. 72. num. 192. Sayrūa in Thesauro lib. 3. c. 29. F. Manuel Rodrig. in qq. regular. 10. 2. q. 60. artic 2. Miranda in Man. Prælat. tom. 2. q. 46. art. 1. Riccius in praxi aurea resol. 210. Bonacina sup. num. 6. Azor par. 1. lib. 12. cap. 13. quæſt. 5. & cum alijs Barbosa de offic. & potestat. Episcopi, p. 3. allegat. 50. n. 96. & de offi. & potest. Parochi cap. 22. n. 3. Hæc autem Clementina, ut patet ex contextu, solum loquitur de Religiosis ministrancibus illa Sacraenta laicis,

laicis, & sacerdotalibus ; quare si alijs Religiosis ea ministrant , non incurruunt dicta excommunicationem ; nec si sacerdotalibus Baptismum , aut Poenitentiam ministrant, quia de ijs Sacramentis non loquitur dicta Clementina. Iocurrunt autem hanc censuram regulares hoc Sacramentum administrantes existentibus in articulo mortis, ut docent Navar. *supra, & cap. 22.* num. 52. Syl. *excommunicatione. 7. excommunicatione 14.n.33. & verb. Vnctio, n. 4.* quia non est Sacramentum necessitatis. Quod limita cum Nau. n. 102. cit. Syl. sup. nu 35. & alij infra citandi, nisi illos ignorantia excusat, & adhuc bona fides, absitque Paroeci contemptus ; quia ad hanc censuram incurrandam requiriur praesumptio , quæ requirit scientiam prohibitionis , at quia dici posset, quod sit praesumptio , ex eo quod facit contra hanc Clementinam, ideo tutius est, inquit Syl. quod absolutione petatur. Nihilominus tamen probabile est, urgente necessitate , & paroeco non apparente , dicere Religiosis hoc Sacramen-

mentum ministrare, cum licentia inter-
prætiua, & credulitate seu ratihabitio-
ne paroeci. Ita tenent contra Syluest. qui
solum id admittit respectu alterius Sa-
cerdotis sacerularis, Nauarr. num. 102. citat.
Ledesma capit. 5. de Extrema Vnctione,
concl. 2. dub. 3. Henriquez lib. 3. cap. ult. §. 4.
Suar. 3. p. tom. 4. disp. 44. secl. 2. Sayrus in
thesauro lib. 3. cap. 29. num. 29. Conninch
disp. 19. de Extrema Vnct. dub. 9. num. 28.
Bonac. sup. punct. 4. n. 6. & cum alijs dictu
cap. 22. n. 6. Barbosa. Quia tunc Papa vel
Episcopus censetur dare facultatem, prop-
ter eandem rationem ait Ledesma sup.
casu quo præsens Parochus nollet minis-
trare Eucharistiam, aut Extremam vñctio-
nem, nec alteri dare licentiam posse quæ-
libet Sacerdotem etiam regularem hæc
Sacramenta ministrare: non enim creden-
dum est piam matrem Ecclesiæ velle quæ-
piam priuare tanto bono, idē tenet Rod.
to. 3. q. 79. art. 1. in fine videndus Conninch
disp. 19. n. 9. Suarez tom. 3. disp. 44. secl. 2.
& cum alijs Barbosa d. cap. 22. n. 3.

Ad.

5. Aduerte tamen ; ex Privilegio Eugenij IIII. fratribus minoribus concessio, de quo Miranda d. art. I. vers. Sed pro. Portel ad dubia regularia, verbo famuli, seu familiares, n. I. Hieron. Roder. in comp. qq. regul. resol. 64. n. I. & cum ijs Barbola dicit. cap. 22. num. 4. Licere regularibus omnibus & singulis fratribus professis, conuersis, oblatis, donatis, nouitijs, & seruitoriibus saecularibus, intra septa Monasterij degentibus, aut si ibi contigerit infirmari, & curari, sacramentum hoc ministrare, absque alicuius poenae incursu ; ideoque permittente debent ordinarij locorum, ut ipsi teceant in suis Ecclesijs oleum sanctum, pro ipsorum viu dumtaxat, sicut cœsuit Congregat. negotijs Episcop. & Regul. praeposita sub die 13. Iulij 1589. teste Barbosa d. cap. 22. n. 5. ubi addit cum Suar. num. 4. de Relig. tract. 10. lib. 9. cap. 4. nu. 12. quo ad donatos, oblatos, & seruitores saeculares id hodie habere locum in foro conscientiarum, seu occulto : ita ut si Parochus repugnet, non possit ei resisti ratione istius

tius priuilegij, aut aliorum, nisi quatenus per Concil. Trident. non sunt restricta; Parocho autem non resistente, integrum est Religiosis tuta conscientia suis priuilegijs, ut iuxta Pij Quinti concessionem, qui viuæ vocis oraculo absolute, & sine limitatione declarauit, ut gratiæ huiusmodi non censentur derogatae, nec restrictæ.

6 Aduertit Syl. excommunicato 7. excommunicazione 14. q. 11. n. 39. sufficere licentiam Parochi (á fortiori Episcopi vel eius Vicarij) quamvis non sit Sacerdos, dummodo intra annum possit promoueri vel sit dispensatum cum eo seruandam formam decretalis cum ex eo de elect. lib. 6. sufficereque licentiam Vicarij temporalis gentis curam ordinariā in paroeciali Ecclesia: debet autem hæc licentia esse expressa, id est, ut exprimatur Sacramentum, puta Eucharistia, vel Extrema unctio, etiā si non exprimantur nomina personarum. Ita Nauar. num. 102. citat. & Syluest. supra num. 40. quest. 12. vnde, ait Syluest. si Sacer-

cerdos dat subdito licentiam accipiendi Eucharistiam, vel Extremamunctionem à quolibet Religioso, nullo ordine specificato, sufficit : similiter si det Religioso licentiam ea dandi subditis suis, vide *sup.* cap. Addit quod Parochus, quantumuis simplex Cura sit illi commissa, in adiutorium Curæ potest ad tempus Sacerdotē Religiosum, vel alium sine alicuius superioris licentia, qui cum iuuet, forsan in Quadragesima ad audiendas confessiones (dummodo nunc sit ab Ordinario approbatus) & ad dandam Eucharistiam in Pascha, ad celebrandum, seu alias, assumere. Vide de omnibus his in hoc capitulo tractatum de Sacramentis lib. 5. ubi de ministro Extremæ unctionis,
de quo satis ab.
unde.



C A P V T VIII.

*De sexto iure Paræci quod matrimonij
celebratio.*

S V M M A R I V M

Matrimonium debet celebrari in propria Paræcia & à proprio Parocbo, num. 1.

Matrimonij ministri sunt ipsi contrahentes, num. 2.

Sacerdotis præsentia non est essentialis, sed conditio necessaria, num. 3.

Matrimonia clandestina an fuerint valida ante Trident. & annum aliquando valeant, n. 3.

Paræcius debet esse proprius contrahentium sufficit ut sit unus contrahentis, num. 4.

Quas pœnas incurrat alienis ouibus assistens; aut illis benedicens, ibid.

Paræci, & curati possunt dare alteri Sacerdoti etiam regulari, ut suarum ouim matrimonio assistat, nu. 5. Qualis licentia sufficiat & quis curatus possit eam dare, ibid. & num. 7. Hoc ius Paræci consistit, ut nemo prater ipsum vel de eius aut superioris licentia suas oues matrimonio coniungere possit, aut benedicere, nu. 6.

H

Quod

1 **Q**uod matrimonia debeant id propria Parœcia, & à proprio Parœco celebrari, colligitur apperte ex Canone aliter 30. quæst. 5. cap. capellanis, de ferijs cap. 1. & 3. de clandestina despōfatione cap. suam, de simonia, & Clemētina prima de priuilegijs.

2 Pro clariori tamē intelligentia nota, ministros sacramenti Matrimonij esse ipsoſos contrahentes illud ſibi mutuo confe-rentes: vir quidem mulieri diciendo, accipio te in meam; mulier autem viro di-cendo vicissim, accipio te in meum, ita communis & recepta DD. sententia, & dixi lib. 8. de Sacramentis, vbi de ministro matrimonij. Colligitur apperte ex Flo-reot. vbi dicit, causam efficientem ma-trimonij regulariter loquendo eſſe mu-tuum conſenſom per verba de præſenti expreſſum. Ipsi namque contrahentes po-nunt materiam, & formam, mutuos, ſci-licet conſensus; ac proinde ipſi hoc sacra-mentum conficiunt. Celebratur enim hoc sacramentum per modum contractus, cu-ius

ius naturam Christus Dominus non mutauit, sed tamen eam eleuavit ad esse sacramenti, ut indicat Trident. sess. 24. id initio; at ministri contractus sunt ipsi contrahentes: ipsi enim contrahent, sed ipsisque ligant, & hoc quidem ex necessitate contractus, qui fieri non potest absque contrahentium consensu. Sanchez lib. 2. disp. 6. de matrim. Henriquez lib. 1. cap. 2. num. 7. Suarez 3. p. tom. 1. de Sacram. disp. 16. sect. 1. Conninch de matrim. disp. 24. dub. 3. Bonacina tom. 1. ubi de matrim. quæst. 2. punct. 4. num. 5. & communiter Doctores.

3 Ex quo pater, consensum Sacerdotis non esse de essentia matrimonij, nam ante Trident. less 24. cap. 1. matrimonia clandestina, quæ soli contrahentes inter se se celebabant, vera, ac recta erant, ac proinde quod ibidem Concilium ad matrimonij validitatem præsentiam parœci requirat, non esse quod ea ex Christi institutione sit necessaria tanquam essentialis, sed quod Ecclesia, potestate à Christo

accepta ; talem præsentiam constituant conditionem ita necessariam ad matrimonium , ut nolit ipsum absque amplius valere. Quare & si ante Tridentin. erant valida matrimonia clandestina : Matrimonio post Tridentin. sunt omni inualida & irrita ante omnem declarationem , ut patet ex Trident. eitato. Ita ut nullus dare possit casus in quo valida sit Matrimonia clandestina , hoc est , celebrata absque Parocho & testibus , ut docent communiter DD.apud Sanchez lib.3. disput.17. Conninch disp.27. dub.1. Basilius Pont. de matrimonio lib.5. cap. 6. & Hurtado disput.5. diffic.3. de quo vide in nostro tractat. de Sacramentis lib. 7. cap. 6. dub.1. ubi de matrimon. clandestin. At etsi ante Tridentium valida fuerint clandestina matrimonia semper ea detestata est sancta Ecclesia , cap. Non omnis , cap. Honrantur , & cap fin. 32. quæst. 2. cap. Alter , & cap. Nostrates 39. quæst. 5. & in decretalib⁹ toto tit. de clandestina despous. & nouissime Trident. less. 24. cap. 1. de reformat.

Ma-

Matrimonij omnino irritauit, cassauit, & annullauit matrimonia clandestina, illa scilicet quæ sunt absque Paroeco, vel alio Sacerdote de eius licentia, & duobus testibus destibus celebrantur, ita ut ad validitatem Matrimonij necessariū sit, quod celebretur coram Paroeco, vel alio Sacerdote de eius licentia, & duobus testibus, taliter quod si vnum ex his deficiat matrimonium non sit validum; de quo falsè, & doctè Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 1. vsq; ad disp. 12. Bonacina de matrim. quæst. 5. punct. 6. 7. & 8. & DD. cōmunicer* in hac materia apud citatos hoc *num.* & dixi loco proxime citato.

4 Paroecus autem, vt decreuit Trident. vbi supra; debet esse proprius ipsorum contrahentium, quod si contrahentes ad diuersas Paroecias pertineant, sufficit Paroecus viri vel foeminae, vt communis DD. apud Henriquez *lib. 11. cap. 3. n. 2. Sanchez de matr. lib. 3. disp. 19. Bonacina de matr. q. 2. pun. 8. nu. 7. & Con. pinch. disp. 27. n. 19. ego ipse loc. cit.* patet

ex ipso Trident. sup. vbi additur: *Si quis Parœcus, vel alias Sacerdos siue regularis, siue secularis sit, etiam si id sibi, ex privilegio vel immemorabili consuetudine, licere contendat, alterius Parœcie sponsos sine illorum parœci licentia, matrimonio coniungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso iure tandem suspensus maneat, quandiu ab Ordinario eius parœci, qui matrimonio interesset debebat, seu a quo beneficium. Suscipienda erat absoluatur.* Hæc autem, suspensio tamen videtur esse ab officio eo quod in illo delinquat, ut aduertit Sayrus in Thesauro lib. 4. cap. 15. num. 9. interim tamen consulit, ut à beneficio abstineatur. Quod si Sacerdos illos coniungens, aut benedicens absque proprij licentia sit regularis, præter suspensionem incurrit excommunicationem Papæ referuantem per sæpe ciatam Clementinam primam de priuilegijs.

5. Potest Parœcus dare licentiam assentiendi matrimonio, modo alter sit Sacerdos, quamvis sit regularis, & quamvis Parochus

rochus sit irregularis, suspensus, aut ex-
 communicatus non toleratus. Henriquez
 sup. num. 5. Sanchez loco cit. disp. 21. num. 7.
 Bonacioa d. quast. 2. punct. 8. nu. 22. & cum
 alijs Barbosa de offic. & pot. Episcopi, alleg.
 23. num. 110. & de offic. & pot. Parochi cap.
 21. num. 63. quam licentiam potest conce-
 dere etiam ut illos coniungat extra suam
 Parochiam, Bonacina sup. num. 23. & cum
 alijs Barbosa locis cit. Poterint etiam hanc
 licentiam concedere Vicecurati, seu Vi-
 carij a mouibiles ab Episcopo, aut a Paro-
 chijs proprietarijs instituti, de quo Bar-
 bosa d. allegat. 32. nu. 115. Hurtado d. ma-
 trim. disp. 5. diff. 10. num. 34. Basil. Post. lib.
 de matrim. cap. 28. num. 2. Sanchez d. lib. 3.
 disp. 31. quos refert Barbosa dict. cap. 21.
 nu. 67. Debet autem licentia haec esse ex-
 præssa, vnde non sufficit tacita Conninch
 disp 30. dub. 2. num. 31. & cum multis Bar-
 bosa d. allegat. 32. num. 126. & d. cap. 27. nu.
 62 requiritur etiam quod actum præce-
 dad idem locis cit. disp. 35. cit. nu. 18. & alijs.
 Sufficit tamen etiam si metu vel dolo ob-

renta sit, nisi per dolum, & mendacia ver-
santia circa substantiam, vel causam fina-
lem ex torqueatur, Sanchez d.lib. 3. disp.
39. à num. 13. & disp. 21. nu. 7. sufficit etiam
licentia generalis ministrandi omnia Sa-
cramenta, aut quando Parochus concedit
alicui facultate: ut possit in sua Parochia
omnia ad curā animarum spectantia exer-
cere, de quo Sanchez dict. lib. 3. disp. 35.
num. 7. ubi id magis declarat numer. 8. &
multi alij quos refert Barbosa dict. alleg.
32. num. 117. & dict. cap. 21. num. 71. & 72.
& de omnibus his dixi ubi de matrimonio
cap. 1. dub. 9.

6 Ius ergo paroeci circa hoc Sacramē-
tum consistit, ut nemo præter ipsum vel
de eius licentia, aut superioris ipsius pos-
sit suas oves matrimonio coniungere aut
benedicere constat appertè ex iuribus ci-
tatis, & præcipue ex Trident. sess. 24. cap.
1. de reform. Vnde si quis Sacerdos abs-
que proprij licentia alienos matrimonio
coniungere aut benedicere ausus fuerit,
peccat mortaliter, quia alieni officium
vsur-

vsurpat, incurrit supradictas poenas, & matrimonium esse omnino irritum.

7 Quis in hac redicatur proprius paroecus, & quæ licentia requiratur non videtur ad nostrum institutum spectare, sufficit scire in hac re esse munus proprij Paroeci suarum ouium matrimonij assistere eaque celebrare. Genera vide apud DD. citatos in materia matrimonij, & inter recentiores Sanchez lib. 3 p. 121, qui de hac re copiosè & doctè ut solet.

C A P V T IX.


De septimo iure Paroeci, quod est suos Paroecianos sepultura Ecclesiastica donare.

S V M M A R I V M.

Doctores de sepulturis agentes, num. 1.

1 **M**ulta de sepulturis poterant hic tractari, sed ne ab instituto nostro

stro recedamus duo tantum, quæ præcipue ad rem faciunt attiogemus, alterum est, quibus Ecclesijs competit ius sepeliendi : alterum verò erit ybinam sive mortuorum corpora sepelienda , quod quibusdam dubijs propositis constabit, quibus explicatis patebit, in quo ius Parere i o hac parte consistat, de officio misericordiæ & pietatis, quod impeditur corporis humanandis, sive de sepulturis.
 Vide cap. Dictam 1. quæst. 1. 2. Regum 2. vbi David bene præcabatur ijs qui David & Ionatæ cadavera sepelierant, & Ecclesiast. cap. 7. ait Salomon, *Mortuo non denegabis gratia.* Id es sepulturam , & D. August. serm. 1. de consolatione mortuorum, Franciscus Leo in thesauro fori Eccles. part. 4. cap. 2. pag. 444. a nu. 51. usque ad 95. vbi agit de cadaverum cura, & quomodo mortui sint plorandi.



DVBIVM PRIMVM.

*Quibus Ecclesijs competit*i*us sepeliendi.*

S V M M A R I V M.

Ius sepeliendi corpora defunctorum competit Ecclesiæ parœciali, num. 1. Cæteris ex priuilegio, ibidem.

Religiosi possunt sepeliri in suis Ecclesijs eos qui ibi eligerint sepulturam, num. 2. Salua quarta, & iustitia parochiali, ibid. An possint processionaliter & cruce erecta à sociari cadauer, & non requisito Parœco, num. 3. & 4.

Religiosi an possint suos seruitores & famulos in suis Ecclesijs sepeliri, eisque sacramenta ministrare, num. 5.

HOC autem dubium procedere potest vel secundum ius commune vel ex priuilegio.

1. Dico igitur, ius sepeliendi mortuorum corpora de iure communi competit Ecclesiæ Paroeciali, eiusque Rectori respectu suorum paroecianorum. Probatur primo: quia eodem iure cōpetit soli Ecclesiæ

clesiæ Parœciali habere proprium cæmeterium; ab alia parœciali districtum cap.
Ecclesiæ 13. quæst. 1. vbi Dionysius Papa diuissit Ecclesiæ paroeciales, eartimque cæmeteria, vnicuiq; Ecclesiæ suum asig-nando cæmterium, ne unus alterius ius inuadat; ergo ex dispositione Pontificis unaqueque Ecclesiam solum habet ius se peliendi suos parœcianos, & paroecianis sepeliens alienum paroecianum inuadit ius alterius, & peccat grauiter. Secundo probatur, quia simul Ius. quem sequuntur communiter DD. in cap. 1. de sepult. circa finem. Ius sepeliendi de iure communi cōpetit Ecclesiæ quæ habet populum; sed de iure cōmuni sola Ecclesiæ parœcialis ha-bet populum, ut sup. dixi cap. ergo illi solum competit ius sepeliendi: ipsa enim sola habet cæmterium; ergo & ius fu-nerandi. Ita Asten. lib. 6. tit. 31. de sepul-tur. artic. 1. circa finem, Angelus verbo Sepultura, numer. 3. Sylvest. eodem verbo, quæst. 3. Rodrig. tom. 3. quæst. 58. artic. 3. in principio. Riccius in sua praxi decis.

659. Cæteris autem Ecclesijs sunt ex priuilegio competit eis habere cæmetria, ita & ius sepeliendi, vt cum Innocentio vbi supra, docent Doctores citati.

2 Dico secundo: Religiosi Ordinis Minorum, & Prædicatorum, & per communicationem priuilegiorum, alij etiam Religiosi, habent ius sepeliendi, & inferendi in sua sepulchra non solum fumum Religiosorum, sed etiam laicorum, & sæcularium cadauera, qui in ipsorum cæmeterijs seu Ecclesijs sepulturam elegerint. Id eis concessit Martinus Quintas in Clementina dudum, de sepulturis, his verbis: *Huiusmodi quoque statuto, & ordinationibus adjicimus, ut fratres dictorum Ordinum in Ecclesijs, vel locis suis ubilibet constitutis liberam (ut sequitur) habeant sepulturam: videlicet, quod omnes ad eam recipere valeant, qui sepeliri elegerint in locis & Ecclesijs menuratis.* Hæc Pontifex, ex quibus verbis Ioan. Andr. hic in Glossa, verbo Prædicare, cum Inn.

Inn. & Host. infert hoc ius alias eis de iure non competere, cum de iure populum non habeant, quod est proprium Ecclesiæ paroecialis. Requiritur etiam ex dicta Clementina, ut Religiosi possint ut supra dicta facultate, quod sacerdotes apud eos elegerint sepulturam: quod indicant apperte hæc verba (*qui sepeliri elegerint*) tum etiam quod Religiosi Paroecis, seu Rectoribus, quibus de iure Sacramentorum administratio competit, verbique diuini prædicatio, de omnibus Monasterio ratione funeris relatis, quartam, seu canonica portionem soluant. Ut habetur expressè in dicta Clementina, de quo infra. Idem priuilegium ipsisdem Religiosis concessit Clemens IIII. & Sixtus IIII. salua tamen iustitia Paroecialium, id est, portio, seu quarta canonica, ut declarauit idem Sixtus IV. ut refer Sorbo in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo *Sepultura, & Rodrig.* infra.

3. Redrig. 3. tom. quest. 58. artic. 3. cum Panormit. cap. Cum liberum, de sepulturis,
Ange-

Angelo verbo *Sepultura*, Sylvest. eodem
verbo. Tenet omnes Religiosos qui ha-
bent privilegium sepeliendi laicos, qui
apud eos elegerant sepulturam, posse pro-
cessionaliter intrare aliam paroeciam, &
per se accipere funus, & alia consueta fa-
cere, etiam contradicente Episcopo, &
curato, nec opporrere prius funus ad Ec-
clesiam paroeciale portare. Colligitur ex
verbis Clementinæ dudum, & Clemen-
tis IV. & Sixti IV. illis scilicet in quibus
ipsis conceditur libera sepultura, ad cuius
complementū existimat pertinere actio-
nem prædictam: at cum bona pace tan-
torum Doctorum, existimo nihil tale ip-
sis esse ibi concessum; quia hoc priuile-
gium est contra ius tertij, scilicet, Paro-
corum quod, ut docet *Ion. tit. de sepultur.*
num. 5. in medio, & communiter DD. est
strictè interpretandum ex cap. *Mandatū,*
de rescriptis, cap. *Super eo, de offic. delegat.*
& cap. *In singulis, de statu Monachorū*, huic
nostræ sententiæ facere videtur, Marti-
nus in dicta Clementinâ his verbis: *Quod*
omnes

*omnes recipere valeant : innuens solam re-
ceptionem eis esse concessam, eadem ver-
bo, recipere, vbi sunt Clemens IV. & Six-
tus IV. vt videre est apud Rodrig. sup. qui
horum refert priuilegio. Ita etiam sentit
Fuseus lib. I. cap. 25. nn. 8. de visitatione Ec-
clesiae.*

4 Idem Rodrig. *vbi sup.* suam senten-
tiam ntitur roborare priuilegio Sixti IV.
qui expresse Religiosis concedit, vt nul-
lius petita licentia super hoc, cum Cruce
posse processionaliter ingredi parœcias
in quibus fuerint defundorum corpora,
ipseque ad eorum Ecclesias, vbi sunt se-
pelienda deferre, vbi hoc fieri consuetum
foret : vel quando requisiti parœciales
Presbyteri id facere recusauerint. Hoc ta-
men non obstat. Primo : quia talis non vi-
get consuetudo præcipue in nostra Dice-
cesi. Secundo : quia vt refert Sorbo *su-
pra*, Leo. X. in Concilio Lateran. tale
priuilegium revocavit, statuens, quod
fratres quorumlibet Ordinum non po-
sunt intrare Parœcias cū Cruce ad eiuen-
da

corpora defunctorum, qui apud Ecclesias domorum eorundem fratrum suam elegerint sepulturam, nisi prius præmonito, ac requisito, ac recusante parœciali Presbytero, & tunc sine illius, aut ordinarij præiuditio, nisi eisdem fratribus super hoc, antiqua consuetudo, quæ si in viridi obseruantia, & cum pacifica possessione sufragatur. Vrget tamen Rod. sup. priuilegia regularium quæ reuocata fuerant in Concil. Lateran. à Leone X. postea fuisse in pristinum statum restituta etiam in foro exteriori per aliqua Summorū Pontif. decreta, exceptis hisque decretis sacri Concil. Trident. non sunt contraria, quale non est hoc, prout in 1. tom. quæst. 8. art. 7. satis ipse dixit. Addit tamen, hoc non obstante attendant fratres consuetudinem locorum, & secundum eam procedere opportet, ne litigio inuoluantur; huic tamen respondeo cum Fusco *supra num. 8.* priuilegia maris magni quoad hoc esse reuocata, & redacta ad terminos iuris communis per Gregor. XIII. in sua

constit. quæ incipit, in tanta negotiorum
molle anno primo sui pontificatus, anno
1572. habetur in Bullario, & sic inquit,
statur dispositioni iuris, ut in aliena parœ-
cia nullus manum in imitat. 6. quæst. 3. cap.
Scriptum est, ex textu eiusdem Clementi-
næ dudum, § Huiusmodi, nec obstat, Bul-
la Pij V. quia tantum loquitur de asocian-
do, cum deferuntur cadavera suis Eccle-
sijs: vel ut innitentur ad sociandum, id est,
quod non possit prohiberi, quia alocien-
tur corpora defunctorum, qui apud ip-
sos eligunt sepulturam: et si hoc facere ve-
lint excludendo Rectorem, ait Fuscus,
esse revocata hæc priuilegia quantum ad
hoc à Gregor. XLI. aduertit tamen Fuc-
cus. Bonum est tamen ne parœcius impe-
diat, cum sibi de iuribus cōmuni petenti-
bus consultem sit per eundem textum, &
Episcopus cōponat ne lices orientur, hanc
limitationem declarat consuetudo, præ-
cipue in hac nostra Diœcesi Valentina,
vbi Religiosi solum asociantur corpora
defunctorū, quando sunt vocari, & apud
ipsos

ipso elegerunt sepulturam , & tunc sine
Cruce, & ad partem sinistram Clericorum.
Et D. D. Martinus de Aiala in Concil.
Provinc. sess 4 cap.12. statuit, quod cum
ad defunctum sepeliendum vocantur Re
ligiosi, in processione ne deferant Crucem,
addit tamen ; verum in hoc seruanda est
consuetudo locorum , quæ in hac parte,
ut dictum est contra ipsos procedit.

5. Possunt tamen regulares in suis Ec
clesijs (Parochis in consultis) suos fami
liares, & seruitores sepelire, eisque Sacra
menta ministrare, modo tamen dicti actua
liter Religiosis inferuant , & intra Mo
nasteria, aut loca religiosorum cōmōren
tur, & sub eorum obedientia vivant. Con
stat ex concessione Clement. IV. & Sixti
V. apud Fr. Ioan. de la Cruz de statu Re
ligios. lib.2.cap.6.dub.1.nu. 1. & cap.5. dub.
4. & maximè ex Trident. sess. 24. cap.11. de
reformat. ibi: Exceptis tamē ijs, qui præ
dictis locis, aut militijs actu inferuant, &
intra eorum septa, ac domos resident, sub
que eorum obedientia viuent. Quæ om

nia copulatiue requiruntur , ne vt iij familiares dictis priuilegijs gaudere possint , vt tenet Belarmin. *in declarat. sup. Trid. sess. cit.* iuxta Bullam 67. circunspecta Gregor. XIII. vide Fr. Ioan de la Cruz *vbi sup. dicto num. 1. in fine, & cap. 6. dub. 1. numer. 1.* vbi refert hanc sacræ Congreg. declarationem. Congreg. Concil. censuit , dictos Religiosos audire posse confessiones sacerdotalium , qui sunt de sua familia, & continui commensales; non tamen eorum, qui deseruiunt in eorum Monasterijs. Vnde non est audiendus Hieron. Roderic. *in compen. qq. regul. resol. 64. n. 1.* vbi idem extendit propter aliqua priuilegia ad eos, qui in Monasterijs contingit infirmari, quia talia priuilegia , si quæ sint (nō enim illa adducit) sunt abrogata per Greg. XIII. vt tenet idē la Cruz, & DD. communiter. Imo idem Concil. vbi sup. derogat omnia priuilegia dispositioni dicti Concilij contraria. Vide de his infra hoc cap. dub. vlt. n. 6. vbi etiā exagitatur an Religiosi in funeralib⁹ possint decernere.

DVB.

D V B I V M II.

Ad quem spectet ius sepulturæ concedere.

S V M M A R I V M.

IUS sepulturæ concedere spectat ad Episcopum,
num. 1.

Quid disposuerit Concil. Provinciale Valentinum,
ibidem.

Episcopus quomodo possit ius sepulturæ concede-
re, num. 2.

Admittere ad sepulturam propriam quinam &
quomodo possunt, num. 2.

Potest quis habere sepulturam propriam, num. 2.

Ius sepulturæ quomodo probetur, num. 2.

Simonia an sit aliquid accipere pro iure sepeliendi,
aut vēdere capellas pro sepultura defunctorum,
aut pro loco digniori, aut vt aliquis & non alijs
in tali sepulchro recipiantur, num. 3. Aut si tan-
tum materiale vendatur, ibidem.

Respondeo breviter, ad Episco-
pum spectare Abb. & alijs in cap.
penult. de sepult. &c cum alijs Barbosa de of-
fic. & potest. Parechi cap. 26. num. 9. vbi ad-

dit in actis Eccles. Mediolanensi. part. 2. titul. de sepult. verb. Verum curetur. Prohiberi, sedri sepulchra nova in Ecclesia, absque licentia in scriptis obtenta ab Episcopo, & in Ecclesijs regularium saltem à Provinciali, qui huiusmodi licentiam dare non possit, nisi ea sepulchra constituantur iuxta formam præscriptam in constitut. sanctæ memorij Pij Quinti incipiente cum primū Kalendis Aprilis 1569. in qua mandatur, ut defunctorum corpora super terram existentia in tumbis profundis infra terrā collocarentur. Et io eisdem quoque actis p. 2. decret. visit. apost. verbo sepultura, sic habetur: Sepulchrum ipsorum in posterum edificandorum ostium longe abst. ab altaris scabellis ligneis, vel bradella, cubilis ad minus tribus; sepulchra vero ipsa ad scabellum ligneum non pertingant. Et quod spelendus sit prope altare, seu in bradellis censuit sacræ Congregat. causis Episcoporum, & regularium præpositariorum una Termular. 8. Februarij 1597. & in alia Interamnen. 13. Februarij

1593.

1593. & in Mesanen. 2. Maij 1601. Etsi contra huiusmodi prohibitionem, sepulturæ ibi reperiantur constructæ non debet illo donec corpora alio transferantur, ut declarauit eadem sacræ Congreg. in voa Tranen. 10. Nouem. 1599.

2. Dominus autem D. Martinus ab Aiala Archiepisc. Valent. in sua Synodo ad. 2. cap. 28. statuit, quod sepultura, seu ius sepeliendi, quod transfertur ad heredes, cum alicui dabitur, ne fiat sine facultate Ordinarij: & erogabit fabricæ Ecclesiæ in hac urbe decem libras, extra urbem, sex. Posset autem qui hoc ius accipiet suis locum ad sepeliendum dare, nulloq; ob id grauamine ab ulla officiatur, haec ibi. Nota tamen cum Nauarr. *conf. I de sepult. in nouis. tribus modis posse dari locum sepulturæ.* Primo, ut is cui datur fiat dominus eius, quo modo nulli etiam ab Episcopo dare potest, quia rei sacræ dominiū nullus potest habere. Secundo, ut habeat ius sepeliendi in eo mortues suos, & impediendi, ne alijs sepeliantur in eo: & hoc

modo non potest dari sine auctoritate Episcopi, ut dictum est. Et cum iusta causa, & seruata forma, in alienandis rebus Ecclesiæ seruanda, quia licet per illum modum non transferatur rei dominium, transfertur tamen usus eius, & quoddam ius se peliendi, quod fieri nequit, nisi seruatis canonibus de non alienandis, ita Barbosa *sup. num. 11.* quod intellige ubi est in consuetudine (secus si non) ut talis forma servetur. Tertio, ut possit sepeliri aliquem in eo loco: & hoc modo potest dari a quo cumque habente liberam sepulturam, vel ius admittendi ad sepulturam in sua Ecclesia, ex Clement. dudum de sepultur. & hoc sine auctoritate Episcopi, per auctoritatē Episcopi, per auctoritatem quam habet a iure communī, ut si sit Ecclesia parochialis, vel ex privilegio, ut sunt Ecclesiæ regulares, ut dictum est hoc *dubio num. 1.* Igitur potest quis quoad usum habere sepulchrū propriū, & prohibere ne absque eius assensu, quis in eo sepeliri queat, præcedente tamen licentia Episco pi

pi ad ædificandum tale sepulchrum, ut dictum est. Quod quidem ius non censetur quæsitum, ex solo cursu decennali, & cadauerum illatione: nec etiam ex iure patronatus, quod quis habet in Ecclesia. Ex inspectione verò literarum probatur se pulchrum cōmune esse familiæ, Zerol. in praxi Episc. p. 1. verb. *arma*, & cū alijs Barbosa sup. n. 14 & 15. quæ probatio si deficiat, libere illud ius reddit ad Ecclesiā, quæ deinde peterit eundē locum alijsde novo cōcedere, Syl verb. *Sepultura*, q. 3. & Rota in Calaguritana sepultura 21. Maij, 1616. Barbosa vbi sup. vidēdus vbi affere quasdā Cardinaliū declarationes circa prædicta.

3 Nota etiā, pro ipso iure sepeliendi, seu pro ipsa sepultura nō posse aliquod pretiū accipi, absq; labo simoniæ, sed gratis præstādā esse defunctis ab eorū Parochis. Cap. *abolendæ, de sepult.* & cōmunis DD. in materia simoniæ; verūtamen non est simonia vendere capellas pro sepultura defunctorū, quia datur per modū eleemosinæ ad reparationem Ecclesiae, vel ad sustentationē mini-

ministrorum illius, & non pro pretio; si-
 cut datur stipendium pro diuinis, & Mis-
 sis celebrandis, Suarez de Relig. to. i. tract.
 3 cap. 14 num. 2. Portel. in dubijs regular.
 verbo sepultura num. 8. Villalobos part. 2.
 tract. 27. diff. 12. num. 3. & 9. Hieron. Ro-
 der. in comp. qq. regul. resol. 128. num. 2. Nec
 est simonia, accipere pretium pro conces-
 sione sepulturæ, non præcisile pro sepultu-
 ra ipsa sed ratione situs, vel digniores, aut
 honeratioris loci; quia hoc non viderur
 concernere spiritualia, sed tantum hono-
 rem & præhementiā, quæ potest pretio
 æstimari & vedi. Sotus de iust. lib. 9. quæst.
 7. art. 1. Cajetano verbo Simonia, Ledesma
 in sam. part. 2 tract. 12. conclus. 34. Garcia
 de benefic. part. 5. cap. 9. num. 137. Azor par.
 3. lib. 13. cap. 17. quæst. 2. Filiuc tractat. 45.
 cap. 3 quæst. 11. num. 16. Bonacina ubi de si-
 monia quæst. 4. §. 6. Diana part. 2. tract. 1.
 miscell. resol. 57. Villalobos ubi sup. & plu-
 ribus adductis Barbola d. off. & potest Pa-
 rochi cap. 26. n. 16. ubi num. 17. cum Melch.
 Phebo Lusit. Tenet, quod usus sepulchri
 hære-

hæreditarij est pretio æstimabilis, & vedi-
potest pro debitis defuncti, id est, & quod
nos soluitur gabela de venditione sepul-
turæ ratione situs, vel digniores. Nec est
simonia, accipere temporale, non pro ip-
so iure sepeliendi, sed pro obligatione,
quia Ecclesia obligatur ad aliquem, vel
aliquos, & non alios in tali sepulchro re-
cipiendum; ut DD. citati, & Suarez tom.
1. de Relig. tract. 3. lib. 4. cap. 14. n. 19. quia
talis obligatio est pretio æstimabilis: qui
num. 18. docet, & bene, quod si quis ha-
beat sepulchrum proprium, suis somptui-
bus emptum, aut ædificatum pro se, &
suis, non est materia simoniæ, si vendatur
quoad proprietatem iuxta valor est fundi,
& respectu habito ad solas expensas in eo
ædificando factas, quia ibi non venditur
benedictio, nec proprium ius sepulturæ,
sed materiale illud, ad quod alia sequun-
tur. Vnde similia loca iure hæreditario
transferri solent à parentibus ad filios, ra-
tionale temporalitatis quæ in ijs est, ut
dixi supra.

DVB.

D V B I V M III.

Vbinam sint defunctorum fidelium corpora sepe lienda.

S V M M A R I V M.

CAdauera sepelienda sunt in loco sacro, aut benedicto, aliter sepultura non erit Ecclesiastica, num. 1.

Antiquitus cadauera non in Ecclesijs, sed in cimiterijs, & locis ab Episcopo assignatis sepeliebantur, num. 2. Postea in atrio porticuue Ecclesiae deinde vero intra ipsam Ecclesiam, ibidem.

Certum est sepelienda esse in loco sacro, seu benedicto ab Episcopo, ita Innoe. in cap. Ad obtinendum, de sepultur. Hostien. Panormit. eodem tit. Sylvest. Angel. verbo sepultura, & communiter DD. colligitur apperte 13. quæst. 2. cap. Postquam, & cap. Præcipiendum: unde si locus non sit consecratus, seu benedictus sepultura ecclesiastica dici non potest.

test, cap. Si Ecclesiam, de consecratione Ecclesiae, seu Altaris in sexto. Et quamuis antiquitus cadavera intra Ecclesiam non se pelirentur, sed in cæmeterijs, vel locis extra Ecclesiam ab Episcopo assignatis, & benedictis, eo quod stricte prohibitum erat intra Ecclesiam aliquam sepelire, dico cap. Præcipiendum 13. quæst. 2. Ideo pie maiores nostri à primordijs nascentis Ecclesiae cæmeteria instituerunt, pro sepeliendis mortuo cum corporibus, ut latè tradit Stephanus Durant. *de ritib. Ecclesie, lib. I. cap. 23.* Tempore tamen procedente, dignitatis gratia in atrio, porticue Ecclesiarum humari cæperunt cadavera, ut patet ex cap. Percipimus 13. q. 2. ideoq; magno honore affectum Constantium afferit S. Cryfost. hom. 66. ad populum, quod pro foribus Ecclesiae Piscatoris corpus maximi illius Imperatoris sepulturæ mandatum fuerit, factusque sit Constantinus piscatoris ianitor; & de Theodosio & Arcadio simile in Apostolorum portiue, refert Durant. supra numer. 6. sed deinde ho-

honor sepeliendi intra Ecclesiam Episcopis, alijsque personis insignibus deferri cœpit capite Nullus 13. quæstione 2. de quo Cenedo ad decretum collectanea 46. At successu temporis omnibus, nulla habita personarum distinctione permisum est, ut hodie possint in Ecclesijs sepeliri, constat ex cap. Cum grauia 12. q. 2. tenet Syl. verb Sepultura, quæst. 2 Rod. tom. 3 quæst. 58. artic. 1. & multi quos citat Cenedo collectanea 46. de quo etiam Durant. sup. num. 6. Villalobos p. 2. tract. 31. diff. 1. num. 3. & 4. Hieron. Roder. in comp. qq. regul. resol. 128. num. 1. & comprobat communis cōsuetudo, & hoc ut proximi quoties ad loca sacra conueniunt, suorumque sepulturam aspiciunt, recordantur, & pro eis domino preces fundant, ut ait S. Gregor. & refertur in cap. Cum grauia 14. quæst. 2. vel ut habetur in cap. Non aestimemus, in fine ead. q. & causa, quod eorum Martyrum, & Sanctorum, quibus Ecclesia dicata est, patrocino, & intercessione relevantur; vel quia minus in Ecclesia

eclesia ab spiritibus immundis vexantur,
vide Durantum & Cenedo ubi supra, &
nouissimè Barbosam de offic. & potest. Pa-
rochi, cap. 26. num. 6. 7. & 8.

2. Quod ergo inquirimus est in cuius
Ecclesia seu cæmeterio sit parœcianus de
iure sepeliendus, ad cuius intelligentiam
supponendum est, aut defunctus habet
propriam sepulturam aut non : deinde
aut eligit sepulturam antequam discesser-
it, aut ea non electa mortuus est, nec ha-
bens propriam sepulturam videamus de
primo.

D V B I V M III.

*Ubinam sepeliendus Parœcianus qui non elegit se-
pulturam.*

S V M M A R I V M.

Defunctus quando non eligit sepulturam sea-
peliendus est in sepulchro maiorum si non ha-
beat propriam sepulturam, num. 1. si non habeat
sepul-

sepulchrum maiorum sepeliendus est in propria
Parœcia, num. 2.

Exteri, & viatores sepeliendi sunt in Ecclesia ubi
moriuntur, nisi elegerint sepulturam, aut velit
ad aliquem locum adspiciari, num. 3. Quid dis-
simum sit in Diœcesi Valentia. circa hoc, ibid.
Quid si in una Ecclesia audit diuina, & in alia
percipit Sacra menta: aut si Ecclesia in qua se-
peliendus erat sit interdicta, num. 3.

Vxor non electa sepultura ubi sit sepelienda: &
quid obseruetur in diœcesi Valentia, num. 4.

Filiij legitimi, & spurij ubi sint sepeliendi, num. 5.
Nouitij sepeliuntur in Monasterijs, num. 6.

Prælati regulariter sepeliuntur in Ecclesia suæ præ-
laturæ, num. 7.

Religiosi regulariter sepeliendi sunt in suis Mona-
sterijs, num. 8. Limita ut ibi tertiarij ubinam
sunt sepeliendi, num. 9.

Admittentes ad sepulturam in casu non concessio
peccant mortaliter & tenentur cadauer, & emo-
lumenta restituere, num. 10.

Cadauer nō potest retineri exhumatum propter ius
sepulturæ non solutum, num. 11.

REspensio communis est, in se-
pulchro maiorum suorum esse
sepeliendum, soluta quarta parochiali, ex

cap.

cap. Ebron, cum sequentib. 12. q. 2. cap. 1. cap.
 Is qui, cap. in nostra, de sepult. Hostien. sup.
 eodem tit. nu. 5. cit. Innoc. in d. cap. 1. Abbas
 eod. tit. Syl. verb. seputura, num. 8. Angelus
 eodem verb. num. 14. & communiter DD.
 apud Barbosam de offic. & potest. Parochi
 cap. 26. nu. 32. Per sepulchro maiorum in-
 telliguntur ea, quæ sunt propria maiorū,
 ad quæ ipsi maiores habent ius. Per maio-
 res autem secundum Syl. & Angel. sup.
 intelliguntur pater, & auus. Vnde si pro
 auus, & atauus sepulti essent in uno loco,
 & pater & auus in alio, sepeliendus esset
 defunctus cum patre, & auo. Quod si pa-
 ter in uno & auus, & alij maiores in alio,
 sepelietur filius cum auo, & cæteris ma-
 ioribus, ut tenet Syl. sup. ex cap. fraterni-
 tate, de sepult. & cap. cum quis, eod. tit. lib. 6.
 Villalobos p. 2. tract. 31. diff. 3. n. 4. Hieron.
 Roder. in comp. qq. regul. resol. 128. num. 28.
 Fr. Emanuel in add. ad sum. tom. 4 cap. 130.
 nu. 12. & Barbosa sup. Intelligenda autem
 hæc sunt, si defunctus non habeat propriā
 sepulturam, nec aliquam aliam si elegit,

ut infra patebit.

2 Quod si præmoriens non eligit sepulturam, nec habeat sepulchrum proprium maiorum suorum sepeliendus est de iure in Ecclesia, ubi audit diuina, & ecclesiastica percipit Sacra menta, vim irum in propria Paroecia. Ex *cap. I. de sepultur.* & ibi per Innoc. & est casus in *dict. cap. is qui, & in cap. in nostra, eod. tit. tenet Syl. sup. num. 8. cit. Angel. sup. num. 16.* & late Riccius *decis. b. 59.* & cū alijs Barbosa *ubi sup. n. 33.* & ratio est, quia ut diximus dub. superiori Ecclesiæ paroeciali de iure cōpetit ius sepeliendi suas oues intra paroeciā descedentes: ius enim sepulturæ multum dependet ab administratione Sacramentorum, ut bene Riccius *sup. cum Abb. cap. I. de sepult. nu. 4.* ergo paroecia habens ius ad ministranda Sacra menta suis oibus, habet etiam ius ad sepeliendos suos paroecianos.

3 Quod procedit etiam si sint exteri, & forenses, habentes tamen hospitium in aliqua paroecia: nam iij etiam sepeliendi sunt

sunt in paroeciali Ecclesia habitationis, nā
in ea tenentur recipere sacramenta, idem
dicendum de viatoribus transeuntibus,
nec habentibus hospitium in ciuitate, in
quibus sepeliendi ius etiam spectat ad Pa-
roeciam intra cuius fines ij obierent. Ut
tenet Riccius *sup.* cum Archid. *cap. 1. num.*
3. de sepult. in 6. Abb. cap. 1. cit. nu. 4. eod. tit.
Sylvest. *sup. num. 8. circa finem,* maximē si
concurrat, quod per paroecialem sint sa-
cramenta ministrata, & ita in viatoribus
seruat Rota per Cardinalem Serafimum in
vna Hispalen. 9. Iunij 1595. coram eodē,
ut refert Riccius *sup.* Hoc autem intelli-
ge, nisi hic viator præmoriens elegerit
sepulturam; nam tunc eo est deportan-
dus, & si non eligit, habet tamen sepul-
chrum maiorum; quia tunc si non longe
distat, & potest cōmode deportari, ibi est
sepeliendus; maximē si eius cognati, aut
ij quorum interest, volunt eo adsporta-
ri, ut habetur in *cap. 13. qui, de sepulturis*
in sexto. Quæ omnia seruantur in pra-
xi in nostra Dioecesi. Etenim quando

defunctus non habet propriam Parœciā,
reputatur illius parœciæ in qua obiit, ut
bene determinauit D. D. Martines ab
Aiala Archiep. Valent. ordinat. 8. de iu-
ribus funeralibus. Qui ordinat. 2. statuit,
quod quando aliquod cadauer efertur
Valentia in aliquem locum, clerici cor-
pus cōcōmittantes sumuntur ab Ecclesiā,
cuius ille erat parœcianos, idem ordinat.
37. Et si forte fuerat commandatum, vel
depositum in aliquo Monasterio extra
vrbis muros, ne inde extrahatur, nisi con-
uocatis clericis, at quos spectat illud se-
pelire, & deferre. At si in una Ecclesia au-
dit diuina, & in alia percipit Sacra menta,
vel erat parœcianos duarum Ecclesiarū,
si vtraque Ecclesiam habeat ius fune-
randi, locus est præventioni, cap. duobus,
de rescrīp. lib. 6. sed obuentiones quartæ
dividantur, cap. cum quis, eod. tit cap. 6. & si
non est prævention, sed contendunt, dicē-
cesanus concordauit partes, Syl. sup. q. 8.
cir. Obseruandæ tamen sunt dispositio-
nes synodales, si quæ sint, vel consuetudo
appro-

approbata, addit Syl. *vbi sup. q. 8. cit* si Ecclesia vbi de iure est sepeliendus sit interdicta, sepeliatur in parœciali; si parœcialis in Cathedrali: & si Cathedralis in Monasterio proximo vel vbi debet soluere decimas.

4 Vxor, quando evita discessit sepultura non electa, sepelienda est in sepulchro vbi vir fuit sepultus, *cap. de uxore, de sepult.* et si plures habuit viros est cum viro ultimo sepelienda, *cap. 13 qui, §. mulier end tit. in 6.* quod intellige cum Syl. *dicit. q. 8 verb. quantum,* si vxor est carnaliter cogoita vel deducta ad domum viri, quia consequuta est domicilium viri, vel effecta una caro, *cap. Ebron 13. q. 2.* Secus tamen si propter adulterium fuerit separata, nisi fuerit reconciliata. Hæc autem procedunt etiam si vxor præmoriatur marito, ut tenet Syl. *sup. at Panor. in d. cap. ae uxore,* dicit & bene in hoc standū esse consuetudini. Quod si vxor præmoriens elegerint sepulturam, & postea maritus descedat ea non electa, verius est, non esse

sepeliendum in sepultura vxoris: quia ut
 colligitur ex d. cap. is qui, §. mulier, ipsa
 debet sequi virum suum, & non est contra:
 indecens enim est ait Syl. ut vir sequatur
 vxoris dispositionem, & est de iure com-
 muni. Tu tamen attende tui loci appro-
 batam consuetudinem, usque receptam,
 in his etenim rebus multum praeualet, ut
 dicetur, & colligunt DD. ex cap certifica-
 ri, de sepult. in Dioecesi enim Valentina
 habet consuetudo, si præmoriatur vix, ¹³¹⁰
 non electa sepultura, sepeliatur in sepul-
 tura propria viri, si eam habeat & ipse co-
 sentiat, aliter sepelitur in propria paroe-
 cia quod si præmoriatur vir, sepelitur
 vix in propria Paroecia, nisi elegit
 sepulturam.

5 Filij illegitimi, si sint naturales tan-
 tum, sepeliuntur cum patre, nisi pater
 fuisset aliqua dignitate praeditus, si vero
 fuit spurij, non sepeliuntur cum patre;
 quia iij nec filij nominandi sunt, nec etiam
 si legitimentur à Principe, nisi ad petitio-
 nem patris, & eo viuente fecisset: unde
 tales

tales sepelientur in sepulchro matris, nisi forte sit foemina illustris, quod si sicut filij adoptiui, vel arrogati, si viuente patre adoptante, morientur, in eius sepulchro sepelientur, secus si eo mortuo; quia tunc sepelientur cum patre naturali. Ita Angelus *verbo sepul'tura*, num. 21. & Syluest. *cod. verbo quæst. 8. verb. quartū*, Hoc de iure, nisi aliud habeat approbata consuetudo.

6 Novitij etiam si de iure communi nō sint sepeliendi in Monasterio, sed in Ecclesia, cui de iure competit, ut tenet Angelus *verbo sepultura*, nu. 26. cum Archid. cap. *cum quis*, *de sepult. in 6.* Contrarium tamen consuetudine seruatur; nam sepeliuntur in Monasterijs vide Syluest. *sup. quæst. 8. cit. verb. Septimum*.

7 Prælati vero Ecclesiarum regulariter sepeliri debent in Ecclesia, ubi habent prælaturam: & si in duabus, datur locus præventioni, vel melius sepelientur in Ecclesia in qua moriuntur. Archidiac. *in dict. cap. cum quis*. Alij vero

clericis sepeliri debent in Ecclesia , ubi
sunt clerici, vel beneficiati. Syl. sup. quæst.
8. verb. sextum, vel ubi residere teneban-
tur, ut cum Archid. Ancarrano, & alijs te-
net Barbosa de off & potest. Parochi cap. 26
n. 34. In nostra autem Dioecesi si clericus
sit beneficiarius, & non elegit sepulturam
sepelitur in Ecclesia sui beneficij ; si non
habet beneficium , sepelitur (non electa
sepultura) in parœcia ubi suscepit Sacra-
menta, & moritur. Canonicus vero in sua
Ecclesia, si alias sepulturam non elegerit.

8 Religiosi, cum non habeant elec-
tionem sepulturæ, sepeliendi sunt in proprijs
Monasterijs cap. vlt. de sepult. lib. 6. etiam
si extra claustra decedant , & tunc etiam
in consultis Parochijs; nisi sint ita remoti
à proprijs Monasterijs, ut commode por-
tari nequeant , quia tuoc possent eligere
sepulturam; si vero in hoc casu non ele-
gerit sepulturam, sepeliendi erunt in Ec-
clesia Parochiali, in qua decesserint instar
sæcularium in itinere morientium, etiam
si ibi sit Monasteriū aliquod sui Ordinis,

nisi

nisi ibi fuerit causa perpetuae residentiae.
 Sanchez videndus in Decalogo tom. 2. lib.
 6. cap. 14. ubi num. 5. subdit, quod tale Mo-
 nasterium tenetur expensas factas in Mo-
 nachi sepultura soluere, vide Rodrig. tom.
 3. quest. 60. art. 1. & 2. Nauar. comment. 2.
 ad regul. num 43. Ricciūm in praxi fori Ec-
 cles. part. 4. resol. 193. n. 39. & Barbosam de
 off. & potest. Parochi cap. 26. nu. 30. & n. 68.

9 Tertiarij vero, si qualitatibus in Bullā
 fel. record. Leonis X. præscriptis sint præ-
 dium, videlicet, si viri collegialiter, aut
 claustraliter vivant; mulieres vero virgi-
 nalem, vel cælibem, aut eas castum vidua-
 lem, sub expræsto voto, & tertiariorum
 habitu vitam ducent, possum, & debent
 etiam inuitio, ac minime requisito Paro-
 cho, in fratum Ecclesijs sepeliri. Secus
 vero si supradictis qualitatibus careant,
 ut fuit resolutū ab eadem sacræ Congreg.
 in Nopesina 11. Decembris 1615. ad 1. teste
 Barbosa sup. num. 69.

10 Ex dictis constat, ius sepeliendi suos
 Parœcianos pertinere ad proprios Paroe-
 cos,

cos, & unum quemque fidelem esse sepe-
licandum in propria paroecia, si non eligit
sepulturam, nec habeat sepulchrum ma-
iorum, & hoc in hac parte consistit hoc
ius paroeci. Quare sepelientes, & reci-
pientes aliquem ad sepulturam in casu
non concessio, non solum peccant morta-
liter, cum ius alterius inuadant, & in-
currunt supradictas poenas, modo expli-
cato. Sed etiam tenentur restituere cor-
pus, si petatur etiam post multum tem-
poris, quamuis sola ossa remaneant, &
quidquid ratione corporis acceperint. Ita
Hostien. cit. de sepult. dict. num. 5. Panor-
mit. cap. cum liberum, eodem. verb. Syluest.
cod. verb. quæst. II. habetur expræsse in cap.
ex parte, cap. cum liberum, de sepult. & cap.
animarum, eod. tit. in 6. ubi Glossa. Ait te-
neri restituere corpus modo petatur:
acceptra autem ratione corporis, antequā
sunt requisiti, & hoc ob malum finem, ut
bene Syluest. citat. & si intra decem dies
non restituant, Ecclesia manet interdi-
cta, ut habetur in dict. cap. animarum.

Nota

II Nota tamen, non posse cadaver exhumatum retineri propter ius sepulturæ minime solutum : nec etiam sub quo-vis prætextu compositionis quartæ funeralis sepoltora mortuorum retardari, aut impediri debet , vt censuit sacra Congreg. in Casan. 5. Maij 1617. teste Barbosa de offic. & potestate Parochi , cap.26. num.55.

D V B I V M V.

Vbinam sepeliendi sint, qui sepulturam elegerunt.

S V M M A R I V M.

Eligere potest quis sepulturam etiam in Ecclesia regularium, num. 1.

Electio sepulturæ ut valida sit requirit, quod sua sit quarta canonica, de iure communi num. 2.

Eligens sepulturā debet habere liberū arbitriū, n. 3.

Impubes non potest eligere sepulturam , bene vero pubes, etiam sine consensu patris, num. 4.

Pater aut mater an pro filio impubere possit elige-re sepulturam, n. 5. & 6. an idem possint aui & amici, n. 6. quid filiorū nomine intelligatur, ibid.

Syno-

Synodus Valent. quod disponat circa electionem se-
pulturæ à patre profilio num. 5.

Vxor, sicut maritus, potest sibi eligere sepultu-
ram, num. 7.

*Electio sepulturæ in alterius arbitrium commissa
valet,* num. 8.

*Electio Sepulturæ potest probari per testes singula-
res,* num. 9.

Sepulchrum familie quomodo probetur, num. 9.

Pactum iuramentum, seu rotum de eligendo se-
pulturam ad suggestionem regularium, vel cleri-
corum factum est nullum, est nullum & inducit
simoniam, & electio est inualida, num. 10. Secus
si sola nuda & simplex interrogatio adsit, ibid.

Pactum iuramentum, seu rotuns, & eligenda se-
pulta, vel de obligandose ad certam sepultu-
ram libere, & sine suggestione factum validum
est. & potest cogi ad illius obseruantiam, nu. 11.

Accipiens fidei commissum, maioratum aut dona-
tionem & ad stringens se ad eligendum sepultu-
ram ad voluntatem testatoris tenetur, num. 11.

*Electio sepulturæ voto, iuramento, aut promissione
facta ad inductionem clericorum,* vel regularium
est nulla, & peccatum mortale, cadauer tunc est
sepeliendus in propria Parochia, illiq; restituен-
dum cadauer, & omnia emolumenta, num. 12.

*Potest quis sua sponte, voto, &c. se obligare ad
eligendum sepulturam,* num. 13.

Inducentes ad eligendam sepulturam, & non ad iurandum, &c. an peccent, & valeat electio,
num. 13.

Pactum inter Rectorem & Religiosos ne ipsi in suis Ecclesijs paracianos ad sepulturam recipiant an sit validum, n. 14. Violans dictam constitutionem peccat mortaliter, num. 15.

Iurans sepeliri in sepulchro maiorum an possit ibi sepeliri, num. 16.

Eligens sepulturam in Ecclesia S. Francisci, si a Religiosis alterius Ordinis inducatur ad eligendum sepulturam apud ipsos, potest in Ecclesia S. Francisci sepeliri, num. 16. Quid si Religiosi S. Francisci inducant ad eligendam sepulturam in Monasterio Praedicatorum, ibidem.

Decretalis Bonifacy non habet locum, quando laici inducant ad sepulturam, num. 16.

Decretalis Bonifacy solum loquitur de Religiosis, & clericis, num. 16. & sufficit quod unus Religiosus, vel clericus inducat ad sepulturam, ut electio sit nullam, num. 17. Sola inductio absque effectu promissionis, &c. non sufficit, ibidem.

Religiosi, vel Clerici inducentes ad sepulturam eligendam tenentur restituere cadaver, & omnia emolumenta proprie Ecclesie, num. 18.

Religiosi, aut clerici inducentes, ad promittendam, iurandum, vel vouchendum eligere sepulturam. aut electam non iurandum, sunt excommunicati, num.

num. 19. quomodo intelligatur hæc excommunicatio. & quos comprehendat, ibid.
Rapiens, aut spolians funus perdit ius quod habet,
& tenetur restituere, num. 19.

Communis est Canonistarum, &
Theologorum certa sententia,
sepeliendos esse in cæmeterio, aut Eccle-
sia in qua ante mortem rite, & recte eligit
sepulturam: probatur, quia quilibet habet
liberum arbitrium potest eligere sibi se-
pulturam, constat aperte cap. ubicumque
13. quest. 2. ibi Gloss. verb. ubicumque, cap.
placuit, ead. q. & ibi Gloss. verb. temeritate,
cap. 1. de sepult. ibi: Nullum tamen nega-
mus propriam eligere sepulturam. Vbi Glos-
sa verbo propriam ait, & sic videtur,
quod quilibet adultus, & discretus po-
test eligere sibi sepulturam, cap. cum sit
liberum, cap. cum in nostra, eodem tit. cap.
lacet de sepult. in 6. quod procedit etiam
si eligat in loco minus religioso, dummo-
do sit capax ecclesiasticæ sepulchoræ, ut
habetur in dict. cap. liceat, §. si quis. Pro-
cedit

cedit etiam si fiat electio in Ecclesijs
fratrum Prædicatorum , & Minorum,
relicta parochiali, ex Clementin. dudum
§.huiusmodi quo q; statuto, de sepulturis,
Vgolin. *de offic. Episcop.* cap. 17. numer.
2. Hieronym. Roderic. *in compendio quaesi-*
tionum regularium, resolut. 128. num. 3.
quod Pius Quintus ad reliquos Religio-
sos ampliavit : sicque electio sepulturæ
in Ecclesijs regularium non potest à Pa-
rochis impediri. Riccius *in praxi rerum*
Ecclesiastic. part. 4. *resolut.* 293. nume-
ro 32.

2 Ut autem electio sepulturæ valida
sit , requiritur primo , quod propriæ
Paroeciae soluatur canonica portio , seu
quarta (de qua infra) in recompensatio-
nem laborum in celebrando diuina , &
ministrando Sacra menta . Patet *cap. 1.*
cap. de ijs, cap. certificari, de sepult. *cap. sum*
quis, eodem tit. in 6. quod de iure requi-
ritur tanquam conditio sine qua nō aliter
valeat electio sepulturæ , ut docet Host.

in sum. tit. de sepultur. nu. 5. in medio. Colligitur etiam cap. 1. de sepult. in fine. Rod. 1. tom. quæst. 39. art. 6. sentit cum Abb. cap. de ijs de sepult. inst. 2. electionem sepulturæ in Monasterijs regulariū valere, etiam si non soluatur canonica portio, at Abb. non loquitur expræsse in hoc casu. Probabile tamen est, tale sepulturæ electionē validam esse, etiam si in ea non fiat expressa mentio quartæ parochialis, ut etiā tenent Miranda in Man. Prælat. tom. 1. q. 48. art. 11. Rod. in compen. qq. regul. resol. 18 num. 7. & cum his Barbosa de off. & potestat. Parochi, cap. 15. num. 6. Dixi de iure, quia hoc potest abrogari per contrariam consuetudinem, vel aliquod priuilegiū.

3 Secundo requiritur, quod sepulturā eligens habeat liberum arbitrium, id est, usum rationis; rem enim naturalis dictat amentem, & infantem non esse capaces electionis: ideo Gloss. cap. 1. cit. de sepult. in verbo propriam dixit, quod quilibet adultus & discretus potest eligere sibi sepulturam.

4 Tertio requiritur, debita ætas nimis
rum pubertas, in viro 14. in fœmina vero
12. anni: nam antea eligere non possum
sepulturam. Syl. verb. sepult. Angel. eodem
verb nu. 5. colligunt ex cap. vlt. de success.
ab intest. & cap. licet d. sepult. in 6. pubes
ergo potest eam eligere etiam sine con-
sensu patris, quamuis sit filius familiæ;
etiam si testari non possit; Angel. Syl. sup.
cum Hostien. in sum. tit. de sepult. num. 5.
& habetur exprimere in cap. licet. de sepult. in
6. imo & seruus potest eam eligere, si sic
in pubertate constitutus, ut docet Sylvest.
sup. & Angel. num. 7.

5 Sed quæres, an pater possit eligere
sepulturam pro filio impubere, de hac re
olim dubium erat apud DD. nunc autem
sublata est omnis difficultas per Bonifac.
VIII. in cap. licet de sepult. in 6. ubi Ponti-
fex statuit, quod pater possit eligere se-
pulturam pro filio impubere, si id con-
sueto terræ habeat, ubi duo requiriē
Pontifex. Primum, quod filius sit impu-
bes: pro pubere enim sepulturam elige-

re non potest : quia textus solum loqui-
tur de impubere. Ita Angel. verb. *sepuit.*
nu.10. Secundum est, quod electio sepultu-
rae pro filio impubere, sit in consuetudine
positæ: aliás enim pro impubere pater se-
pulturam eligere non valet , habetur ex-
præfle in textu. Vnde in nostra Dioecesi
Valentina pater pro impubere nō potest
eligere sepulturam ; quia non est in con-
suetudine positum: ideoque impubes , si
pater non habeat propriam sepulturam,
sive maiorum suorum , sepelitur in pro-
pria Parœcia: & si in aliena sepeliatur, re-
stituenda sunt ossa, & omnia quæ ratione
sepulturæ obueniunt propriæ Parœciæ,
ut tenet Hostien. *in sum.n.5.cit.de sepult.*
& dicit. est sup. igitur impubes , casu quo
non possit pro eo pater eligere sepultu-
ram , sepeliri debet in sepulchro maio-
rum, ex dict. cap. licei, & habet Sebas. Me-
dices *de sepultur.q.8.* aut patris, si illud ha-
beat propriam , aliter sepeliendus est in
propria parœcia, vide Barbosam *de off.* &
potes. Parochi, cap. 26. num. 28.

¶ Pro impubere autem , vbi id habet consuetudo non solum pater , sed etiam mater post eligere sepulturā, vt notat Syl. verb. *sepultura n.7.* debent autem filij, pro quibus parentes possunt eligere sepulturam, esse legitimi, & naturales, vel saltem adoptiui, & arrogati, non autem spurij, & naturales tamet, vt tenet Syl. cit. & Angel. *sup.n.9.* appellatione namque filiorum nō veniunt naturales tamen, vel spurij *l. generaliter, C. de insit. & substit. & in Clementina 1. de Bapt.* Auus verò pro nepote impubere sepulturam eligere non valet: quia vt docent Syluest. *num.7.cit.* & Angel. *supra num.10.* appellatione filiorum non veniunt nepotes, & multo minus frater , aut aliis collateralis . Nec amicus pro amico , vt resoluit Riccius *decis.66.* *num. 1.* & approbat consuetudo, & colligitur ex cap. *licet citat.* vbi id solum conceditur patri pro filio impubere , id tamen ferente consuetudine . At vbi id habet consuetudo potest pater pro filio impubere , non tamen viuo , sed

etiam mortuo eligere sepulturam ut adi-
uertit Nauar. *conf. 2. de sepult.* quia Bonif.
VIII. *in dict. cap. licet*, absolute loquitur,
non distinguens de viuo, aut mortuo. Ad-
uertit etiam Nauar. Hostiensem, & alios
qui absolute affirmarunt, patrem posse
eligere sepulturam pro filio impubere,
locutos fuisse antequam constitutio Bo-
nif. VIII. *in dicto cap. licet* emanasset.

7 Potest etiam eligere sepulturam u-
xor, sicut maritus ipsius: est enim quan-
tum ad hoc libera, habetur expræsse *cap.*
de uxore de sepult. & *cap. is qui, § mulier in*
6. Vbi autem sepelienda sit non electa se-
pultura, *dictum est sup. oib. 4. num. 4.* vide
Syl. verb. sepalt. q. 8. §. quintum, Angelus
eod. verb. num. 22.

8 Nota, electionem sepulturæ in alte-
rius arbitrium commissam valere, ut re-
soluit Riccius *des. 166. n. 2.* & comprobat
vfas cōmunicis v. g. si quis dicat, volo sepe-
liri in loco, quem eligit N. quod procedit,
sive elector eligat adhuc viuente commit-
tente, sive post eius mortē, ut tenet Ric-
cius

cius sup. cum Panormit. in cap. Et si Christus, de iure iuran. quia mandatum de eligenda sepultura , cuius effectus notario confertur post mortem mandantis , non expirat morte committentis, ut in cap. fin. de testib. lib. 6.

9 Nota etiam , electionem sepulturæ probari posse per testes singulares , ut cum multis tenet Riccius decis. 66 s. qui in fine docet, sepulchrum familiæ, seu hereditarium, probari inspectione litterarū ipsi sepulchro scriptarum, ut tradit Speculator in tit. de probat, ver. Sexto.

10 Tertio, electio sepulturæ deber esse libera. & cap. is qui, §. fin. eod. tit. in 6. ex qua libertate in eligenda sepultura prouenit, ut eam possit quilibet reuocare usque ad finem vitæ Gemin. in cap. licet, §. quamuis de sepult. lib. 6. & alij apud Barbosam de offic. & potestate Parochi, cap. 26. num. 24. quare pactum de sepultura eligenda non valet, cap. 1. de pactis in 6. Vnde aduertit Riccius in praxi fori Eccles. decis. 662. num. 2. ut Parœcus , dum accedit ad

communicandū iofirmum , interroget eū
in parte , in qua Ecclesia volt sepeliri: nā
ait, si interroget in specie, puta si v̄lus fac-
rit his verbis: Vis sepeliri in Parochia, vel
alia Ecclesia? Tunc non valeret electio,
tanquam facta ad suggestionem dicti capi-
tis de pactis. Ita etiam Barbosa *sup. num.*
38. cum Riccio *in praxi fori Eccles. par.*
4. resolut. *293.* *num. 30.* Hoc autem li-
mita si pactum , vis, fides, seu promissio
aut aliquid huiusmodi intercedat , secus
si sola nuda, & simplex interrogatio: nam
hæc nullo modo aufert libertatem ad
electionem liberam sepulturæ. Hinc est,
quod electio sepulturæ quæ sit ex pacto,
etiam in loco vbi quis alios deberet se-
peliri, inducat simoniam ; quia ius sepul-
turæ est variabile, & per pactum non efficit
tale, quasi per illud inducatur quid plus,
quod non erat de iure communi, ut docet
Felin. *in cap. ad audientiam, el 2. colum. 8. ad*
med. vers. exprimere, *num. 9. fall. 1. de res-*
crip. Riccius *sup. nu. 4.* quod clarius patet
infra in §. *Circa quam, num. 13.*

II Nihilominus tamen patri, iuramentum seu votum de eligenda sepultura, vel de obligando se ad certam sepulturam, si est liberum motu proprio factum, & non ad suggestionem regularium, vel clericorum valeret electio, ut tenet Sylvest. verb. *sepultura* quæst. 3. Angelus eod. verb. num. 40. late Riccius sup. num. 4. §. Et tamen, quo casu posset quis ad illius obseruantiam cogi: non enim simpliciter prohibetur promissio, sed conuentio, & inducito ad instantiam Religiosorum, ut cum multis docet Riccius sup. qui addit, quod accipiens fidei comissum, maioratum, aut donationem & adstringens se cū iuramento, ad eligendam sepulturam secundū voluntatem testatoris, tenetur ad illius obseruantiam, quasi imputandum sit ei, qui se cum illa conditione obligauit: quia res transit cū suo onere, & potest donator in traditione suæ rei apponere conditiones, & pacta honesta quæ sunt implenda, per successorem. Ita Specul. in §. compendiose, n. 26. de instrumen. edit. & in tit. de sepult. n. 6.

Hortiensis, quem sequitur Angel. verbo
sepult. num 40. & conclusum fuit in Rota
teste Riccio sup.

12 Bonifacius VIII. in cap. animarum pe-
riculis de sepult. in 6. universis Religiosis,
& clericis saecularibus cuiuscumque sta-
tus, ac conditionis existant in virtute san-
ctæ obedientiæ , ac sub interminatione
æternoæ maledictionis districtissime pro-
hibet, ne aliquos ad votandum, iurandum,
vel fide interposita , seu alias promitten-
dam , vt apud eorum Ecclesias sepulturā
eligerent, seu eam eleam vterius non mu-
tent: & si secus actum fuerit, decrevit ta-
lem electionem, nullius penitus existere
firmitatis. Statuit etiam , vt ij qui sic ele-
gerent, neque apud sic eleas Ecclesias
villatenus sepeliri, nec alibi: ne contra vo-
tum, iuramentum, aut promissionem hu-
iustodi à se factam, materiam habeant ve-
niendi , possint eligere sepulturam : sed
contradictione quacumque cessaore , se-
peliatur omnino apud illas Ecclesias, apud
quas sepeliendi de iure fuissent , si alias
sepul-

sepultura non electa forsitan decessissent,
Quod si ijdem Religiosi vel clerici prædictos in suis Ecclesijs, vel cæmeterijs præsumperint sepeliri, ad restitutionem tam sepulchorum corporum (si petantur) quam etiam omnium quæ occasione sepulturæ illorū proueniat quomodolibet, ad eosdē infra decennium integraliter faciendam sint obligati, quam nisi fecerint Ecclesiæ ipse apud quos sepulti fuerint, necnon cæmeteria earundem ex nunc eo ipso sint, & tandem maneant Ecclesiastico supposita interdicto, donec ab eis facta fuerit restitutio plenaria omnium prædictorum.

13 Circa quam constitutionem nota 1. per hanc decretalem non prohiberi, ne quis sua sponte voto, vel iuramento, sed adstringat ad electionem sepulturæ, sed tamen ad inductionem clericorum, vel Religiosorum, ut communiter DD. & patet ex contextu. Imo nec ipsi si tamen inducant ad eligendum, non vero ad iurandum, vel vouendum, nec promittendum incurront hanc pœnam, ut notat *Glossa in dicto*

*dicio cap. animarum. Quod intellige si tam
men simpliciter exortentur ad eligendā
sepulturā, nulla promissione votō , vel
iuramento interueniente , ut tenet Rod.
tom.3 quest.58.art.7.in fine.*

14. Nota 2. cum Glossa in dicta consti-
tutione verb. *sepultura* , quod inter duas
Ecclesiās bene valet pactum cum rectore
Ecclesiæ Parœcialis factum cum quibus-
dā Religiosis, ne aliquos vel certos ipsius
Ecclesiæ Parœcianos reciperen̄t ad sepul-
turā ecclesiasticā, etiam si Monasteriū ha-
beat indultū libere sepulturæ à Sum. Pen-
tif. concessum, & parœciani apud Religio-
sos eligerent sepulturam ; quia pér pactū
præfatum iudicato fuerat derogatum , &
cessat dispositio nostræ cōstitutionis, quæ
edita est in odium Clericorum, & Reli-
giosorū ad eorum avaritiā compensandā.

15. Nota 3. violantem dictam consti-
tutionem peccare mortaliter, quod aperte
indicat modus prohibendi scilicet virtu-
te obedientiæ , & sub interminatione
æternæ maledictionis. Deinde elec-
tionem

nem sepulturæ sui factam esse inualidam,
nec posse postea reuocando præteritam
electionem, aliam de novo facere, sed esse
sepeliendum ubi alias de iure sepelien-
dus erat; at si intestatus discessisset.

16 Quod si quis iurauit sepeliri in se-
pultura maiorum suorum, ubi de iure se-
pelieundus erat? *Gloss. in cap. de eo de sepul.*
in 6. videtur afferere non posse ibi sepeli-
ri, quia talis electio est inualida, sed esse
sepelicadum in propria parœcia. *Rodrig.*
sup. art. 7. cit. probabilius affirmat posse;
quia ex dicta constitutione taliter eligen-
tes debent sepeliri in sepultura, in qua
alias de iure; & hic in hoc casu sepe-
litur in sepultura maiorum, non virtute
electionis sic factæ, sed quia alias de iu-
re communi. At si quis eligat sepul-
turam sponte in Ecclesia S. Francisci, &
postea per Religiosos alterius Ordinis in-
ducatur ad eligendum apud eos sepultu-
ram, certum est non valere secundā elec-
tionem: poterit tamen sepeliri in Ecclesia S.
Francisci in qua prius sponte elegerat; quia
secun-

secunda electio non tollit primam rite factam : nam ut ait Rod. *sup. cit.* Pontifex reprobat electionem factam , postquam erat inductus ad electionem faciendam: non autem tollit electionem, quæ primo fit in vna Ecclesia, licet secundo inducatur ad eligendum sepulturam. Ita Petrus Perusinus de Vbaldis de canonica portione *cap. II. num. 14. tractatum.* Qui nu. 16. aduertit, hanc decretalem non habere locum quando laici, vt parentes , vel amici inducunt ad sepulturam; quia tantum loquitur de Clericis, vel Religiosis. Ita Rodrig. *art. 7. cit.* § quarto circa, ubi etiam tenet valere electionem sepulturæ factam ad inductionem Religiosorum S. Francisci , ut sepeliatur in loco Prædicatorum, at verius videtur contrarium ; quia decretalis saepe citata non distinguit.

17 Ut autem electio sepulturæ ad inductionem Religiosorum sit inualida, requiritur ut maior pars illorum , aut solus Prælatus inducat: nam si unus solus induxit valet electio, ut tenet Rod. *sup. cit.*
Con-

Contrarium tamen est verius, textuque conformius, nam Papa vniuersis Religiosis, & clericis id prohibet: aliter enim nunquam, aut raro haberet locum dicta decretalis; quia communiter hic, aut ille, & non maior pars inducit ad sepulturam, & dato quod esset verum in Religiosis, idem etiam dicendum erat in clericis à paritate rationis. Hoc tamē pro certo habere non sufficere solam inductionē, nisi sequatur effectus scilicet votum, iuramentum, vel promissio, ut bene Rod. *supra* §. *Quinto quæritur.*

18 Nota 4. non solum electionem votū, vel iuramento factam ad inductionem Clericorum, vel Religiosorum esse invalidam, & sic inducentes peccare mortali-
ter, ut dict. est sup. Sed etiam teneri resti-
tuere cadauer, si petatur, & etiam omnia
quæ ratione illius obueniunt, quamuis nō
petantur, ut deducitur ex dicta constitu-
tione, & habet ibi Gloss. in principio ca-
pitis: aliter ita ia loca sunt interdicta do-
nec satisfecerint.

19 Nota quinto : Clementem V. in Clementina cupientes , §. sane temerarius , de peccatis confirmare supradictam constitutionem Bonifacij VIII. insuper excommunicat (& sibi referuat) Clericos , vel Religiosos qui aliquem induxerint ad iurandum , vouendum , vel promittendum eligere sepulturam , vel elec-
 tam non immutare . Ad quam excommunicationem incurrandam requiritur primo , quod sic inducentes sint Clerici , vel Religiosi . Secundo , quod ij inducent ad vouendum &c . Tertio , quod eligat sepulturam apud Ecclesias pertinentes ac inducentes , quod precedit , siue pro-
 missio sit nuda , siue fide interposita dum non fiat ad inductionem . Quare si quis motu proprio iurauit , vel voulit eam eli-
 gere , tenet , nec incurrit ullam censu-
 ram : nec inducens ad eligeendum tamen , si non inducit ad vouendum , vel iuran-
 dum , vel promittendum . Imo nec indu-
 centem ad iurandum , &c. nisi sequatur
 effectus , nimirum si non voulit , iurauit ,
 vel

vel promissit eligere sepulturam : quia verba debent intelligi cum effectu, bene vero si sit inductus , postquam iuravit, aut vovit reuocavit omissionem sic factam ; quia reuera inductus iuravit & sicque fuit sequutus effectus inductio-
nis , & violata constitutio. Ita Barbo-
sa de offic. & potestat. Parochi cap. 26. nu-
mer. 36. sicque Parochus qui rapit , vel
spoliat funus antequam veniat ad manus
eorum, quibus debetur, perdit ius, quod
habet , & quartam canonicam , tenetur
que restituere cum corpore , quidquid
accepit Rodriguez tom. 3. quæstione 61.
artic. 3. Portel. ad dubia regular. verbo
Canonica portio, numer. 6. Hieronym. Ro-
deric. resolut. 129. numer. 14. & Barbosa
loco citat. num. 27. Imo etiam si sequatur
effectus, si tamen induxit ut eligat sepul-
turam non apud suam sed aliam Eccle-
siam , ut tenet Sayrus in Thesauro lib. 3.
cap. 30. numer. 41. colligitur que ex co-
pice Animarum , & dicta Clementina ibi
ut apud corum Ecclesias sepulturam
eligant

eligant. Vide de hac Syl. excommunicatio
7. num. 49. §. Decimasexta. Nauar. cap. 27,
num. 103. Caietan. verb. Excommunicatio,
cap. 49. Sayrum sup. Rodriguez tom. 3. q.
58. art 7. & Bonacinam de censuris extra
Bullam, disp. 2. quæst. 5. punct. 4.

D V B I V M VI.

Qui non possint eligere sepulturam.

S V M M A R I V M.

Eligere sepulturam nō potest Religiosus amens;
nec decapitandus, ut in num. 1. in quibus at-
tendendo consuetudo, & quid in nostro Regno,
ibidem.

Respondeo primo, eligere sepul-
turam non potest Religiosus, ni-
si quādo ita longe moritur à Monasterijs
sui Ordinis, quod ad ea commode aspor-
tari nequeant, ex cap. Religiosi de sepult. in
6. limita, nisi sit Abbas aut Prælatus, vt
resoluit Syl. verb. sepult. quæst. 7. num. 7. de
quo

quō vide Rod. tom. 3. quæst. 68. art. 1. & 2.
 & sup. dub. 4. num. 7. Secundo, nec amens,
 aut impubes, ut late supradictū est. Tertio
 nec decapitandus, si sententiam est lata,
 nec suspensa per appellationem ; quia ut
 docet Sylvest. sup. nollam ultimam volun-
 tam potest dimittere quamuis possit
 omnia Sacra menta petere, & recipere, ut
 habetur in Clementina de pœnis, & re-
 mis. Attendenda tamen loci approbata
 consuetudo, cui in his standum est, ex cap.
 certificari, de sepult. & cap. licet. eod. tit. in
 6. Quando ergo consuetudo permittit
 damnatis ad mortem sepulturam eligere,
 ibi sunt sepeliendi, vel in sepulchro maio-
 rum, quod si non elegerunt sepulturam,
 nec habent propriam, sepeliendi sunt in
 Paroecia ubi occiduntur. Si vero senten-
 tia non est lata, vel per appellationem sus-
 pensa, bene potest eligere, ut docet Syl.
 sup. sed tu semper attende loci consuetu-
 dicem : nam saepè insignibus malefacto-
 ribus in terrorem cæterorum à iudicibus
 non permittitur sepultura, sed iterum ex-

tra urbem suspenduntur , ut sit in nostro
regno vide Angel. in notis litt. A.

D V B I V M VII.

Qui nam careant Ecclesiastica sepultura

S V M M A R I V M.

Carent Ecclesiastica sepultura primo concubiti
narij notorij nisi in articulo mortis pæni-
teant, num. 1. Secundo, interdicti notorij, num. 2.
Tertio, publici, & manifesti usurarij nisi satisfe-
cerint, num. 3. Quarto infidelis, iudex, hæretici,
num. 4. Quinto, manifesti raptores, nisi, &c. n. 5.
Sexto, decedentes in torneamentis, vel in duello mo-
rientes, ut in num. 6. Septimo, qui semel in anno
confessus non est , nec suscepit Eucharistiam,
num. 7.

Octavo, priuantur Ecclesiastica sepultura Religiosi
proprietarij, nu. 8. quid si mortuus fuit cum bur-
sa denariorum. ibid. Nono, decedens impænitens
in peccato notorio. Decimo, occidentes se ipsos,
num. 10. Quid si reperiatur mortuus in puteo,
ibid. Undecimo debent priuari Ecclesiastica se-
sepultura non restituientes decimas Ecclesiae. Itē
parri-

parricidae, num. 12. Item publice blasphemantes Deum, nisi, &c. num. 13. Denique Clericus concubinarius notorius perseverans usque ad mortem, num. 14.

Parochus sepeliens quas poenas incurrat sepeliens eum qui caret sepultura Ecclesiastica, num. 15. non potest corpus inhumatum detinere eo quod sepultura non sit soluta, ibidem.

1 **R**Espondeo breuiter, ij qui sequuntur. Primo excommunicati notorij, & denunciati cap. sacris de sententia excom. cap. is qui eod. tit. in 6. Clem. i. de sepult. nisi talis excommunicatus in artic. mortis poenitentia signa dedisset, ut declarauit sacra Congreg. Card. negotijs Episcoporum, & regular. præposita in una No lana 19. Iulij 1619. prout refert Barbola de off. & potest. Parochi, cap. 26. num. 40.

2 Secundo interdicti notorij, & denunciati, dict. Clem. i. de sepult. nam generaliter per omne interdictum, siue locale, siue personale usus ecclesiasticæ sepulturæ prohibetur, cap. cum & plantare, §. quod si templarij de priuil. & de suspensis ab

ingressu Ecclesiæ cap. is cui, §. talis quoque de sent. excom. in 6.

3 Tertio publici & manifesti usurarij, nisi alienum restituerint, vel idoneam dederint cautionē de restituendo cap. quia de usuris, cap. quamquam eod. tit. in 6. unde usurarios manifestos publice excommunicatos, & nominatim interdictos exhumare facere potest Episcopus, etiam de Monasterijs exemptis regularium, & procul abijci ab Ecclesia, ut innuit Clem. 1. de sepult. quam ad hoc citat Hieron. Roder. in compend. qq. regular. resolut. 128. num. 24.

4 Quarto, infideles, pagani, iudæi, hæretici etiam si post mortem appareat de hæresi cap. excommunicamus, §. credentes de hæret.

5 Quinto, manifesti raptiores, nisi restitutione sequuta, vel alias velit pro illis restituere cap. super eo de raptoribus.

6 Sexto, decedentes in torneamentis, cap. 1. & 2. de torneament. vel in duello morientes. Concil. Trident. sess.

25. de reformation. cap. 19. etiam si signa pœnitentiaæ dederit ibique Sacramenta suscepere, quod intellege, si in ipso conflictu, & loco duelli decesserit: securus si ibi vulneratus postea extra locum duelli moriatur, ostenderitque signa contritionis, & pœnitentiaæ. Sancias in selectis disp. 36. num. 9. colligitur apperte ex verbis Concilij ibi: *Et si in ipso conflictu decesserint perpetuo careant ecclesiastica sepul tura, quæ verba, cum restrictiva sint, non debent extendi, ad easum quo extra locum duelli vulneratus moriatur.* Vide Bonacinam de censuris extra Bullam, disp. 2. quæst. 3. punct. 42. num. 22. ubi addit, Parochum non debere illos sepelire, nec ecclesiasticam sepulturam denegare, si non sit notorium delictum, sed rem ad Episcopum, seu eius Vicarium deferre debere.

7 Septimo, qui semel in anno confessus non est, & in paschate Eucharistiam non suscepit, cap. omnis viii usque sexus de pœnitent. & remis.

8 Octavo, Religiosi viriusq; sexus proprietarij, si moniti a superiore, absque recommendatione, & pœnitentia decellerint. Non tamen præcipitanter priuandus est ecclesiastica sepultura Monachus mortuus cū bursa denariorum, præsumi enim debet denarios nō esse proprios, vel quod ex obliuione, aut negligentia iοibi remanferint, ut bene Portel. *in dubijs Regular. verb. sepultura, num. II. Hieron. Roderic. sup. num. 20. Villalobos par. 2. tract. diff. 3.* & cum ijs Barbosa *d. cap. 26. num. 47.*

9 Nono, peccator quilibet notorius decedens in ipso peccato mortali, & impenitens, nullo dato signo contritionis, *Glossa iο cap. ex parte II. de sepult. verbo exc. communicamus, Couar. in cap. alma mater par. I. § 6. num. 4. & alij apud Barbosam num. 48.*

10 Decimo, occidentes se ipsos ex industria, *cap. placuit 23. q. 5. Excipe tamen illum, qui se præcipitem dedit, non vt se interficeret, sed quia malum ipsi impendens aliter evitare non potuit, vt si mulier*

se è fenestra projiciat , vt fugiat volentes eam violare; vel ne ip manus inimicorum incideret, &c. Item si aliquis reperiatur mortuus in puteo , vel laqueo suspensus non est statim priuandus Ecclesiastica sepultura, quia ubi non constat, quod se ipsum interficerit , vel precipitauerit non est id presumendum , cum potuerit per insidias , aut vim in puteum projici, vel suspendi, aut ex furore, seu mentis alienatione id facere Marc. Ant. Gentien. in praxi Archiep. Neapol. cap. 61. num. 20. Barbosa sup. num. 49.

11. Undecimo, non restituentes Ecclesiæ decimas, cap. prohibemus de decimis: iij enim debent priuari ecclesiastica sepultura. Barbosa cum alijs sup. num. 50. & cap. 28. §. 4. num. 19.

12. Duodecimo , patricida , Menoch. de arbitris casu 387. per tot. Barbosa cap. 26. cit. num. 51.

13. Decimotertio, publice blasphemantes Deum , si pœnitentiam eis iniunctam non egerint cap. 2. in fine de maled.

14 Decimoquarto, Clericus notorie concubinarius perseverans usque ad mortem suae pœnitentia non est cum fidelibus sepeliendus cap. quæsitum, cap. quibus 13. quæst. 2. & in cap. placuit in fine 23. quæst. 5.

15 Hos igitur supradictos à iure sepultura priuatos, si Parochus sepeliat, peccat mortaliter, & tenetur restituere funus, etiam à multo tempore sepultura, si petatur, & quidquid ratione illius perceperit, excepta quarta funerali. Ita Glossa in cap. cum liberum de sepult. Rodrig. tom. 3. q. 6. 1. art 3. & in add. ad sum. tom. 4. cap. 131. num. 6. Suarez de cens. diff. 23. sect. 5. num. 2. Villalobos sup. diff. 3. n. 13. Hieron Rod. dict. resol. 128. num. 23. vide de ijs omnibus Possennum de eff. Curat. cap. 14. DD. citatos, & alios apud Barbosam dict. cap. 26. per totum. Non tamen potest Parochus cadauer exhumatum retinere, eo quod sibi ius sepulturæ solutum non sit, ut decisum refert à sacra Congreg. in Casan. 5. Maij, Barbosa ubi sup. num. 55.

D V B I V M V L T I M.

*In quo aliquæ circa sepulturas resolutiones
referuntur.*

S V M M A R I V M.

Hæredes defuncti quod clericos conuocare possint, num. 1.

Confraternitates non possunt accedere ad funeralia nisi vocentur expressæ, num. 2.

Parochus non potest excludi ad sepeliendum cadaver, num. 3.

Regulares quando vocantur ad funus an debeant prius accedere ad parochialem, num. 4.

Nulli licet leuare cadauer de domo irquisito proprio Rectore, n. 5. quid noluerit venire, n. 5.

Religiosi an possint cum Cruce intrare Parochias ad leuanda corpora defunctorum ad suas Ecclesiæ, num. 6.

Religiosi decedentes extra claustra possunt deferri ad suas Ecclesiæ Parochis inconsultis, n. 7.

Tertiary an possint sepeliri in Ecclesijs regularium inconsultis Parochis ibid.

Cadavera qua sepieliuntur in Monasterijs cū prius deferenda sint ad Parochiam ad ultimum vale, n. 8.

Quan-

Quando defunctus deponitur in parochiali , ut defocatum ad regulares an aliquid debeatur parochiali . num. 9.

*Parochus cum cadavere ingredi Ecclesiæ regula-
rium & ibi permanet , non tamen in Officio de-
cantando se intromittere , attendenda tamen est
confuctudo , num. 10.*

*Crux propriæ Parochiæ , & non illa a qua desmen-
brata fuit deferenda est in funerarijs , num. 11.*

*Parochio spectat facere Officium in funerarys intra
limites suæ Parochiæ , num. 12.*

*Parochus secularis deferre potest stolam dum cada-
uer sepelitur in parochia fratrum , num. 13. Ita
etiam Parochus regularis in aliena Parochia ,
num. 13.*

*In funerarijs quot Cruces deferendæ , & quo ordi-
ne incendum , num. 14.*

Primò defunctorum hæredes pos-
sunt pro defuncto asociando , nu-
merum Sacerdotum sibi benevolium con-
uocare , vt respondit sacra Congreg. Epis-
cop. & regul. negotijs præposita in una
Casan. 5. Maij 1617. Hoc autem intellige ,
modo non fuerint designati ab ipso testa-
tore , Barboła de off. & potest. Parochi , cap.
26. num. 57.

Secun-

2 Secundò, confraternitates non possunt accedere ad funeralia mortuorum, nisi specialiter, & expresse vocentur, ut fuit decissum à sacra Congreg. ritum in Bonon. 9. Decemb. 1617. & quando accedunt in acta associationis cadaverum, nullo modo possunt erigere Crucem, eadem sac. Congreg. in Adrien. 22. Nouemb. 1631. ad 2.

3 Tertiò, proprius Parochus nullatenus excludendus, quamvis ad sepeliendum cadaver regulares dumtaxat à defuncto auersiui iubeantur, ut fuit resolutum à sacra Congregat. negotijs Episcop. & Regular. præposita in vna Montis pilosi de anno 1581.

4 Quartò, Regularijs quando cenuocantur ad sepeliendum cadaver, debent ad parochialem Ecclesiam accedere, & exinde cum Parocho ad domum defuncti se conferre, ut declaratum à sacra Cōgreg. refert Barbos. sup. na. 63. 64. & 65. In Diœcesi autem Valent. practicatur, ut ipsi soli accedant ad domum defuncti absque

que Cruce, & ibi spectant proprium Parochum, & cum eo se cōferunt ad locum sepulturæ.

5 Quintò, non licet Regularibus, nec Presbyteris sacerdotalibus leuare de domo cadauera, irrequisito proprio Parocho, ut declaratum à sacra Congreg. refert Barbosa *num. 66. & 67.*

6 Sextó, Religiosi non possunt cum Cruce intrare Parochias ad leuanda corpora defunctorum apud suas Ecclesias sepelienda, quando vocati sunt ad associan- dum cadauer, nisi præmonito, & prius re- quisito proprio Parocho, ut resoluunt Vi- llalobos *part. 2. tractat. 31. diff. 5. num. 3.* & Hieronym. Roderic. *in compend. qq. regular. resol. 109. num. 7.* Circa quod Fr. Manuel Rodrig. *qq. regul. tom. 3. quest. 58. art. 3.* refert Sextum HH. concessisse re- gularibus, ut nullius petita licentia super huiusmodi cum Cruce posse processiona liter ingredi paroecias, ubi fuerint defun- ctorum corpora, ipsaque ad eorum Eccle- sias, ubi sunt sepelienda deferre, ubi hoc
con-

confuetum foret, vel quando requisiti paroeciales Presbyteri id facere recusaerint. Quod priuilegium fuit reuocatum à Leone X. ut refert Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib. 2. c. 3. dub. 5.* nisi ijdē fratribus super huiusmodi antiqua cōsuetudo, quæ sit in viridi obseruātia suffragetur. Et quāuis id Fr. Ioan. de la Cruz *vbi sup. con. 3. &c* Rodrig. *to. 3. q. 87. ar. 7.* afferat postea alios Pontifices dicta priuilegia reualidasse, hec tamen non constat: & dato quod ita esset, consuetudo in hac parte est contra Religiosos, & in fauorem paroecialium. His adde probabilius, & verius esse, priuilegia maris magni, & prædictarū litterarum esse reuocata, & redacta ad terminos iuris cōmuniſ à Greg. XIII. in constitutione quæ incipit, *in tanta negotiorum mole, & sic testatur dispositioni iuris communis, ut in aliena parochia nullus manum immittat.* Cap. scriptum 6. quæst. 3. & ex Clemente. dudum de sepultur. §. Huiusmodi. Nec faciūt pro Religiosis declarationes quasdam Cardinalium, quas pro se offerunt

Reli-

Religiosi: nam non sunt authenticæ , eo quod qualitates ad hoc requisitas non habent , ut dixi in expositione Bullæ , dub. 3. proœmiali n.7. verb. Quæres. Propter quas rationes concludendum est , Religiosos conuocatos ad sociandum cadauer sepe liendum in suis Ecclesijs, non posse procedere processionaliter cum Cruce nisi ubi vigeret consuetudo: quare iure optimo D.D. Martinus de Aiala Archiep. Valent. in Concil. Prouinc. sess. 4. cap. 12. statuit, quod cum ad defunctum sepeliendū vocantur Religiosi, in processione ne deferant crucem, addit: Verum in hoc seruanda est consuetudo locorum, hæc ille. In Diœcesi autem Valent. & Dertusani. Religiosi non deferunt crucem in hoc casu, sed accedunt sine illa, & asociant cadauer quod sepelitur in suis Ecclesijs procedentes ad sinistram clericorum.

7 Septimō, Religiosi decedentes extra claustra possunt deferri ad suas Ecclesijs Parochis in consultis ; prout declarauit sacra Congreg. teste Barbosa dict. cap. 26.

num.

num. 68. similiter Tertiarij, si collegialiter viuant, & virginalem, seu cælibem vitam ducant, habitumque deferant iuxta præcriptum in Bulla Leonis X. possunt & debent etiam in uito, minimeque requisito Parocho, in fratum Ecclesijs sepeliri: secus vero si supradictis qualitatibus careant, ut à sacra Congreg. fuit resolutum in Nepesina 11. Decemb. 1615. ad 1. Barbosa *sup. num. 60.* seruanda est in hoc consuetudo. In nostra autem Diœcesi Tertiarij degentes in suis domibus non possunt sepeliri absque concurso proprij Parochi, etiam si in domibus regularium sepeliantur.

8 Octauò, quando cadauera in alterius parochia existunt, sepelienda quæ sunt in Ecclesijs fratum, prius deferenda sunt ad Ecclesiam parochialem, ad benedictionem, & ultimum vale à Parochio recipiendum: sed si Parochus ab ijsdem fratribus monitus, requisitus, & spectatus venire recuseret, tunc ipsi fratres poterūt cadauera huiusmodi ab ædibus ubi fuerint ad suas Ecclesias.

Ecclesias recto tramite deferre, ipso Parrocho etiam iuvito, eadem sac. Congreg. in dicta Nepesina ad 4. attendenda tamen in ijs consuetudo.

9 Nonó, mortui sepeliri possunt in Ecclesia in qua sepulturam elegerunt, sine præsentia Parochi, si ipsi requisitus interesse recuset, vel petitam licentiam denerget, sacr. Congregat. Rituum in Capuana 22. Decemb. 1629. Si autem deponantur in parochiali, ut inde transferantur ad Ecclesiam regularium in qua elegerunt sepulturam, nihil debetur Ecclesiæ parochiali, exceptis iuribus parochialibus sac. Congreg. Rituum in Placentina 23. Martij 1619.

10 Decimo, Parecho spectat declarare per quam viam sit ad portandum defunctus, & omnia necessaria usque ad ianuam Ecclesiæ regularium, ubi sepeliendus est, & ita tenetur usque ad eandem ianuam funus deducere, & prosequi, potestque permanere in Ecclesia regularium, absq; tamen eo quod in Officio decantando
ylla-

vllatenus se intromittat , cum illud per
iplos fratres sit peragendum , & non per
Presbyteros sacerdtales, ut à sac. Congreg.
declaratum refert Barbosa de off. & potest.
Parochi cap. 26. à num. 74. usque 82. Atten-
denda tamen est consuetudo.

11. *Vodecimo, Crux propriæ Parochiæ*
defuncti deferenda est in funeralibus, nō
autem Crux antiquæ Parochiæ , ex qua
desmembrata fuit Parochia noua, de qua
est defunctus , & vocati ad funus in eadē
propria parochia debent conuenire sacra
Congreg. Rit. in nullius Provinciæ Baren.
22. Martij 1631 Barbosi *sup. num. 79.*

12. *Duodecimo, Officium facere super*
cadaveribus pertinet ad Parochum intra
limites cuius Parochiæ adest Ecclesia, in
qua cadaver tumulatur , sacra Congreg.
Rituum die 29. Novemb. 1632.

13. *Decimotertio , Parochus sacerdialis*
sicut refert stolam in propria parochia, &
in parochia fratrum dum defunctori cor-
pus in eorum Ecclesia sepelitur ; ita Paro-
chus regularis, in eodem casu , & eodem

tempore poterit stolam deferre, non solū
in propria parochia, sed etiā in parochia
defuncti, fac. Congreg. Rituā die vlt.
Sept. 1628. nam Parochus Monachus, ita
potest cum stola ingredi parochiam sacer-
tariū, sicut sacerdotalis Parochus Monacho-
rum parochiam ingredi valet, fac. Con-
gregat. in Asculana 29. Ianuarij 1629. Bar-
bosa *sup. num. 76. & 77.*

14 Decimoquarto, in funeralibus est
deferenda vnica tantum Crux illius Ec-
clesiæ, ad quam corpus transfertur, sacra
Congreg. Rit. in Baren. 2. August. 1331. &
in Mesanen. 12. Februarij 1633. postquam
lequi debent immediate personæ illius
Ecclesiæ, & deinde cæteri secundum an-
tiquitatem, ut censuit sacra Congreg. Rit.
in Nardien. 30. Sept. 1614. & in Adrien.
22. Nouem. 1631. ad 3. ubi intelligit, dum-
modo non interueniat capitulum Cathed-
ralis, sub qua omnes funus associantes in-
cedere debent. Et in curatus, & sacrista
Cathedralis, etiam si sint amouibiles, quā-
do interuenit capitulum dictæ Cathedra-
lis

lis, debent præcedere proprio Parocco defuncti, sac. Congreg. Rit. in Pisauren. 22. Maij 1631. Barbosa *sup. num. 78.* In Dice cesi autem Valentina tot cruces deferuntur quod Parochiæ conuocantur.

C A P V T X.

De iure Parœciali quod est perceptio decimorum.

DE decimis, a quibus, de quibus, cui, & quomodo sint soluendæ, alijsque ad eas pertinentibus dixi late in Decalogo lib. 3. cap. 3. per totum.

C A P V T XI.

De iure Parœciali, quod est primitiarum perceptio.

DE ijs vide quæ dixi in Decalogo lib. 3. cap. 3. dub. 12. per totum.

C A P V T XII.

*De iure Parochi, quod est oblationum
perceptio.*

De oblationibus egi in Decalogo lib. 3. cap. 3. dub. 13. vide ibi; & decretum 34. in Synodo Valent. ann. 1631. circa hoc editum ab Illustrissimo D.D. Fr. Isidoro Aliaga Archiepisc. Valentini. tenoris sequentis.

Cum ex iure communī propriū sit Parocherūm oblationes à populo recipere, ideo statuimus, & ordinamus, ne nullus absque Parochi facultate illas recipiat. & etiam ut omnes iure offeruntur, tām in Parochiali Ecclesia, quām in quavis alia, vel pio loco intra talis Parochiæ fines constitutum ad dictum Parochum pertineant. Per quod non intendimus concordijs factis inter Parochos & Ecclesiās, & alia loca pia, quæ intra Parochiarūm eorum ambitum existunt, in aliquo derogare.

C A-

C A P V T . X I I I .

De iure Parochi, quod est ius accipiendi canoniam portionem.

D V B I V M P R I M U M .

Quid, & quotplex sit canonica portio, & quis debeatur.

S V M M A R I V M .

Canonica portio quid, & quare soluatur, n. 1.
Canonica portio alia Episcopalis , alia parochialis: Episcopalis quid & an sit in psu, n. 2.
Cathedralium quid & quare soluatur Episcopo, n. 2.
Canonica parochialis, quid, & quare soluatur, n. 3.
Canonica parochialis varia est secundum varia iura
& consuetudines, num. 3. quæ consuetudo sit at-
tendenda, ibid. an consuetudo debet esse præ-
cripta, num. 5.

*Religiosi seclusis priuilegijs tenentur soluere quar-
tam parochiale, num. 6.*

*Consuetudo legitima maximam habet vim circa
quotam quartæ, & modo soluendi eam, num. 7.*

Quid si Parochianus eligit in Ecclesia aliena sepulturam & propriæ reliquit legatū æqualæ quartæ, num. 8.

Synodalis constitutio circa quartam, & modo soluendi seruanda est, num. 9.

I **Q**uod primum dico. Canonica portio est certa quantitas, quæ Episcopo, vel Parocho ratione funeris praestatur, à sacris Canonibus approbata, & iure decretorum debita. *Syl. verb. Canon. portio num. 1.* & alij infra citandi. Dicitur autem canonica portio, quia à canone, & lege est introducta: etenim ne Parochialium Rectores, quibus animarum cura incumbit, debitissimis fraudentur subsidijs statutū fuit in cap. 1 de sepulturis, & Clement. Dudum, eod. tit. vt Ecclesia illa, in qua quis, relicta propria fuerit sepultus, teneatur partem eorum quæ defunctus pro anima sua eidē Ecclesiæ reliquit, parochiali Ecclesiæ tradere, in qua defunctus domicilium habebat. Fr. Manuel Rodrig. *tom. 1. quest. 39. artic. 1.* Miraoda in *Manual. Prælat. to. 2. 4. 8. art. 1. conclus. 1.* & cum alijs Batbosa de offis.

offic. & potestat. *Parochi cap. 25.n.3.* & alijs
infra.

2 Quoad secundum dico. Si attendamus ad personas , quibus hæc canonica conceditur, duplex est. Altera Episcopalis; altera parochialis. Episcopalis est, quæ Episcopis soluitur: habent enim Episcopi quartam partem eorum, quæ legantur, & offeruntur Ecclesijs sui Episcopatus, quā de iure communi tenentur soluere Ecclesiæ suo Episcopo , tum ratione superioritatis, tum etiam ratione oneris gubernandi Ecclesias. Ad cuius intelligentiam notandum tempore primitiæ Ecclesiæ, cum Episcopi essent pauperes, statutū fuisse, ut ipso de oblationibus matri- ci factis acciperent medietatem, cap. Antiquos 10. quæst. 1. & oblationibus alijs Ecclesijs sui Episcopatus dabatur eis quar ta pars , ex dicto cap. Antiquos , & cap. Concessio, cap. Vobis 12. quæst. 1. de quo late Abb. in cap. ultim. de testament. & Couarr. in cap. offic. cod. tit. num. 1. & 12. Procedente vero tempore, ex parochiali-

bus, tertiam tantum oblationum, decimam
rum, tributorum & fructuum habebant,
cap. De ijs, cap. Decernimus, q. 1. & cap.
Constitutum 16. q. 1. Postmodum Gelasius
Papa quartam Episcopis deberi decreuit,
ut in cap. Vobis, cap. Concesso, cap. Qua-
tuor 12. q. 2. sed hodie nec tertiam partē
habere Episcopi, nisi ad fabricam reparan-
dam, & velint etiam fabricam parochia-
lem reparare cap. 1. 2. & 3. eod. quæst. 3. &
Glos. in dict. cap. De ijs. Nunc autem, (ge-
nerali consuetudine sic approbante) Epis-
copi pro Ecclesiarum reparatione, vel alia
de causa, nullam à Parochis accipiunt por-
tionem, sed tantum Cathedricum, quod
in honorem cathedræ Episcopalis, id est,
duos solidos pro qualibet Ecclesia, præter
procurationem petere possunt, Glosa in
summa, & cap. 1. & cap. Inter cætera 10. q.
3. imo Cathedricum tantum Episcopis
soluitur, ubi est in consuetudine possumus,
qualis non reperitur in Archiepiscopatu
Valentino, in quo Ecclesiæ dicto Archie-
piscopo præter procurationes in visitan-
do

do nihil præstant. Alia etiam quarta debetur Episcopis de relictis non locū Ecclesijs, sed etiam Monasterijs, hospitalibus, & alijs pijs locis non exemptis ex cap. Officij, de testam. Abb. ibi num. 1. & Couarr. sup. num. 1. & cap. Requisitiū sibi eod. sit. & ibi Ino. num. 1 & Abb. nu. 4 sed dicta iura habebant locum, & seruabantur antiquis temporibus, quando Episcopi erāt pauperes, ut dictum est; verum cum postea cæperunt habere redditus competentes, fuerunt dicta iura reformata, ita quod Episcopis nihil deberetur præter Cathe draticum supradictum. Ita Franciscus Leo in su. thesauro fori Eccles. p. 2. cap. 14. num. 4. 5. 20. & 28. De quarta Episcopali vide eundem Leonem ubi sup. Hostiensem ut. de sepuli. in §. de quibus, Syl. verb. Canonica portio, quest. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. Abbatem & Couar. in dict. cap. Offic. At quia hæc iam non est in usu, ideo eam omittimus. Tum etiam quia non facit directe ad nostrum institutum. Vide etiam Zerolam in praxi Episcopali p. 1. verb. Legatū, §. Ad tertium.

3 Canonica ergo portio parochialis est illa, quæ parochiali Ecclesiæ, seu eius Parœco, & Rectori debetur, ex relictis à Parochiano, vel obuenientibus ratione funeris loco illi, in quo eligit sepulturam. Riccius in praxi aurea, resol. 299. Hieron. Rodericus in compendio qq. regul. Rodr. resol. 118. num. 1. Barbosa cum alijs de off. & potest. Parochi cap. 25. num. 1. & 2. & tenent communiter DD. in cap. 1. cap. De ijs, cap. Certificari, de sepult. & cap. Cum quis, eod. tit in 6. eod. tit. & Clemnt. 2. de sepult. §. Verum. de qua nobis in præsentiarū est agendum. Postulat enim ipsa æquitas, ut parochialium Ecclesiarum Rectores impensi laboris, & seruitij, quod ipsi, summo pietatis feroore, obire teneantur, aliquod habent subleuamen, ex dict. Clement. de sepulturis.

4 Hæc autē canonica parochialis portio, si attendamus ad quantitatem, & quemam, in qua soluitur Parochis, varia est, secundū varia iura, & diuersas consuetudines; nam aliquando est quarta, aliquando

do tertia, aliquando verò media, ut patet ex cap. 1. & 2. & cap. Certificari, de sepult. Quare quantitas hæc determinanda est secundum consuetudinem loci, si non est determinata à domino Papa, ut expresse habetur in dicto cap. Certificari, ubi Pontifex statuit standum esse consuetudini in quota quartæ. Quod si consuetudo propriæ Ecclesiæ non appareat, consuetudo Ecclesiæ Metropolitanæ attendi debet, ut patet ex cap. Tuas de sponsa duorum: hac autem etiā non apparente, debet seruari consuetudo Ecclesiarū vicinarum ex cap. Super eo de sensib. quæ consuetudo si diversa sit, tunc debetur quarta, quia in hæc magis iura cōcordare videntur, ut docet Alensis *in sum. p. 2. lib. 6. tit. 31. ar. 4. fol. 88.* Syl. verb. Canon. portion. 1. Sebastianus autē Medices de sepult. aduertit. Quod quādo in Ecclesia parochiali nō est certa consuetudo circa quotā quartæ; tunc ea seruari debet, quæ vigeret in Ecclesia cui legatur: si verò in Ecclesia parochiali est una consuetudo, & altera in Ecclesia cui legatur, tunc.

tunc præferenda est consuetudo Ecclesiæ Parochialis, eo quod hæc habeat titulum onerosum, illa vero lucrativum. Denique ait, si nulla est consuetudo in parochiali Ecclesia, & nulla in Ecclesia legataria; sed in alijs Ecclesijs est aliqua consuetudo. tunc hæc, si est uniformis, debet servari; si difformis, seruabitur ea, quæ est magis conformis iuri, qualis est quarta pars, ut dictum est. At si aliqua sit certa consuetudo Metropolitanæ, videtur æquius, & rationi conformius, ut illa servetur, sicut supradictum est. Potest namq; consuetudine induci, ut canonica portio sit medietas, vel terria, ut dictum est, & docent Vgolin. *de officio Episcopi*, Rodericus *vbi sup. resol. 118.* & cum alijs Barbosa *sup.* quæ consuetudo debet esse rationabilis & præscripta spatio 40. annorum: s. Hoc autem intellege de quarta non expræssa à iure; nam de expræssa sufficit consuetudo etiam non præcripta, Petrus de Vbaldis *de canon. portione, par. 2. cap. 5.* Ludouicus Miranda *in Manuali Praelat.*

tom. 2. quest. 48. art. 5. concl. 1. ubi sentit ne-
cessariū esse illud tempus 40. ann. ad hoc
ut valeat consuetudo, quod detur Epis-
copo, vel Ecclesiæ parochiali ultra dimi-
diam partem, puta quod dentur duæ par-
tes, ex tribus, vel quod detur citra quar-
tam partem, id est, minus quam quarta pars:
at verò ut detur infra dimidium, vel quar-
tam partem, non est necesse, quod huius-
modi consuetudo sit præscripta spatio 40.
ann. sed sufficit numerus decem anno:ū,
ut docet Iulius Lauorinius to. 1. tit. 2. cap.
17. num. 4. & Barbosa loco cit. n. 2.

6 Hanc igitur quartam tenentur solae
re Religiosi Ecclesiæ Parochiali, prout
determinatum est in Clement. Dudū, de
sepult. §. Verum, & in Trid. sess. 15. cap. 13.
de quo vide Rodrig. tom. 1. quest. 39. ar-
t. 1.

7 Ex his constat, quod est valde nota-
dum, consuetudinem maximam habere
vix circa quotam quartæ Episcopalis, &
Parochialis, & modo soluendi eam, si sit
rationabilis, & approbata, cui consuetudi-
ni

ni standum esse docent DD. ex cap. Certificari de sepult. vnde consuetudo non solum in parte, sed etiam in totum potest quartæ derogare, ut docet Syl. *Canonica portio, num. 2. & 3.* cum Panormit. & alijs dum modo consuetudo sit legitime præscripta, ad cuius præscriptionem, cum titulo requiruntur 40. anni sine titulo tempus immemorabile; quia ex cap. 1. de sepult. in 6. tale tempus requiritur in præscriptione cōtra Ecclesiam. Ratio est quia ius commune soluendi quartam est pro Ecclesia parochiali; ac proinde ad præscribendum contra eam requiritur tale tempus secundum Sylvest. *Sup. numer. 3.* vbi etiam docet, posse prædictæ quartæ renuntiari per pactum cum protestatione, quod non damnificetur Ecclesiæ. Ita etiam Rodrig. 1. tom. quest. 39. artic. 81 vbi resolut, quomodo valeant pacta circa hoc cum fratribus, seu Religiosis de quo infra dub. 4. At quia semper damnificantur successores: proinde viderur non posse, sine approbatione superioris,

ris, huic quartę renuntiari, de quo latius infra.

8 Hoc tamen aduerte, quando Parochianus eligit sepulturam in aliena Ecclesia, & propriæ Ecclesiæ reliquit legatum æquivalens quartæ, tale legatum deberi computari in quartam, ut tenet Hieronym. Roderic. *in compendio qq. regul. resolut. 18. numer. 8.* Rrodrig. *tom. 1. quest. 39. artic. 6.* & cum alijs Barbosa *de offic. & potest. Parochi cap. 25. num. 18.* Hoc autem limitat, ac bene, Rodericus *dicto num. 8. cum Portel. in add. ad dub. regularia, verb. Canonica portio num. 2.* Si legatum fuit cum clausula, vt Parochus illo sit contentus pro quarta, illudque acceptauerit, quo in casu non poterit amplius petere.

9 Aduerte etiā, quando in aliqua Dice cisi statuto synodali præscriptus est mod⁹ circa quantitatem, & quotā quartæ parochialis, rum etiam circa res ex quibus hæc soluenda sit, seruandū esse ad vnguē, quale reperitur in Archiepiscopatu Valent. si enim

si enim consuetudo approbata, & rationabilis seruanda est modo dicto, ergo à fortiori lex synodalis.

D V B I V M II.

Cui debeatur quarta Parochialis.

S V M M A R I V M.

Quartā parochialis debetur Parochiæ in qua quis suscipit Sacra menta, & audit diuina, num. 1. 2. & 3.

Si quis ægratus deferre se faciat ad aliam parochiæ vbi moritur retenta priori domicilio, aut sic Religionem ingrediatur vbi moritur quarta debetur parochiali, num. 4.

Quarta an debeatur ex morte non itij, num. 4.

Quid si quis habens domicilium in diuersis Parochijs, aut in una audiat diuina, & in alia suscipit Sacra menta, & in tertia eligat sepulturam, num. 4.

Quarta cui debeatur si tempore sepulturæ propria Paroecia erat interdicta, num. 5.

Quid si quis eligat sepulturam in propria Paroecia, illi nihil legans, alijs vero multum, num. 6.

Quarta aliquando debetur Ecclesiæ Cathedrali, n. 7.

Quid

*Quid si ius sepeliendi peregrinos & viatores spe
ctat ad Cathedralem, & ille moriatur in alia
Parochia, ibid.*

*In dubio an quarta debeatur Parocho, aut Episcopo
præfertur Parochus, num. 7.*

*Parochus potest petere suam quartam tanquam de-
bitum, num. 8.*

*Quarta parochialis à quibus soluenda sit de iure
communi, num. 9. Attendendo sunt circa statu-
ta synodalia, & consuetudines, ibid.*

Respondeo, deberi Ecclesiæ pa-
rochiali, seu eius Parocho, aut
Rectori, illi in quam parochiæ in qua quis
audiuit diuina, & ecclesiastica percipit
Sacramenta: & hoc in casu, quo non sepe
litur in propria parochia, in qua de iure
erat sepeliendus, sed ea dimissa, eligit se-
pulturam in aliena. Ita Syl. verb. Canonica
portio num. 10. quæst. 13. Angelus eod. verb.
Manuel Rodrig. to. 1. quæst. 39. art. 5. Vgo-
lin. de off. Episcopi cap. 17. num. 11. Barbosa
de off. & potest. Parochi, cap. 25. nu. 19. Rota
decis. 376. num. 1. p. 1. recent. & communiter
DD. & patet ex toto tie. de sepult. præcipue

ex cap. i. cap. De ijs, cap. Certificari, & cap.
Cum quis, eod tit. lib. 6. & nouissimè ex Cle-
ment. Dudum, §. Verum de sepult. innouata
per Trid. sess. 2. s. cap. 13. Debetur autem
hæc canonica portio Ecclesiæ parochiali,
non eo solum quia ea dimissa, eligit se-
polturam in alia Ecclesia, sed in compen-
sationem laborum, quos præstat parochia
lis Presbyter in celebrando diuina, & ad:
ministrando Sacra menta, ut docet Glossa,
in cap. Cum quis de sepult. in 6. In subleua-
men ergo laboris impensi, & quasi remu-
nerationem obsequij, munieris, & seruitij
Rectoribus, Parochialium quarta canoni-
ca solvitur.

2 Ex quo sequitur primo. Quod si quis,
 dimissa Ecclesia, in qua consueverant se-
 peliri corum maiores, eligat sepulturam
 in alia Ecclesia, dimissa etiam parochiali,
 in qua recipiebat Sacra menta, quarta sol-
 venda est, non Ecclesiæ suorum maiorū,
 sed illi in qua recipiebat Sacra menta. Syl.
 sup. quest. 13. ex cap. Cum quis, de sepult. in
 6. Miranda in Manuali, tom. 2. q. 48. art. 9.
 concl.

concl. 4. Villalobos p. 2. tr. 31. diff. 7. num. 3.
& Barbosa *ubi sup. num. 29.*

3. Sequitur secundo. Si quis domiciliū
transtulerit alicubi, & moriatur, antequā
nouum acquisuerit, tunc deberi quartam
Ecclesiæ parochiali in qua moritur, quia
ibi de iure erat sepeliendus, si alibi non
elegisset sepulturam, Sylvest. *sup.* & dixi
sup. de sepult.

4. Sequitur tertio. Si quis discessit e loco
domicilij ad aliquem locum animo re
deundi, vel animi gratia, & ibi moritur,
quarta funeralis debetur parochiæ domi
ciliij, Rodrig. *tom. 3. quæst. 46. art. 3.* Miran
da *sup. concl. 2.* Villalob. *loc. cit. n. 3.* & Bar
bosa *dict. cap. 25. num. 26.* idem dicendum,
si quis ægrotus in via parochia ad aliam
deferri se fecerit, Syl. *verb. Canonica portio*
num. 15. idem etiam dic si quis in ægritudine
constitutus ingrediatur religionem,
si ex eadem infirmitate decesserit: secus
autem si sanus monasterio, aut alteri Ec
clesiæ bona sua dederit, *caulus in cap. De ijs*
de sepult. Miranda *concl. 3.* Hieron. Roder.

in comp. qq. regul. resol. 18. num. 25. ex morte autem nouitij non debetur quarta parochiali, nisi parochianus ingressus esset animo exeundi Barbosa sup. nu. 28. Quod si quis æqualiter habeat domicilium in diversis Parochijs, & in tertio loco eligat sepulturam, Host. & Ionoc. ut refert Syl. sup. q. 13. existimat diuidendā esse inter illas duas Parochias; quod Angelus non credit necessarium, sed illi deberi, in qua decepsit; nam ibi erat sepeliendus, si non elegisset sepulturā, & ibi Sacra menta percepiebat, ob quam rationem libenter illi subscribo. At si in una audiuit diuina, in alia verò recipit Sacra menta, & eligit sepulturam in tertio loco, aut Ecclesia, verius est quartam dandam esse Ecclesiæ in qua percipit Sacra menta, ut tenet Syl. sup. quest. 14. quia hæc quarta danda est Ecclesiæ Parochiali, quæ proprie illa dicitur, in qua recipit Sacra menta.

Sed dices, quid si tempore sepulturæ propria parochia erat interdicta. Respondeo, si talis facta fuit ob culpam Parochi, debe-

debetur quarta Ecclesiæ , vbi defunctus sepelitur : Si autem Parochus non fuit in culpa, in hoc casu, aut alijs in quibus Parochianus, absque Parochi culpa, alibi sepelitur, non debet quartam suam amittere Barbosa *sup. num. 30. & 31.* vide Mirandam *sup. art. 10.* Syl. verb. *Canonica portio, num. 8. §. Septimus, Rodrig. tom. 1. q. 39. ar. 3.* Portel. *in add. ad dubia regularia, verbo Canonica portio, num. 3.* Hieron. Roder. *in compen. qq. regul. resol. 18. num. 4.*

6 Dices etiam : quid si quis eligat sepulturam in propria Ecclesia , ei nihil legans, alijs autem multa relinquens, an scilicet tunc debeatur quarta propriæ Ecclesiæ in qua eligit sepulputuram, de relictis alijs Ecclesijs. Respondeo, si nihil legasset alijs Ecclesijs, de iure communī non esse soluendam quartam propriæ Ecclesiæ, in qua sepelitur; quia iura canonica superius adducta , quæ disponunt , quartam esse soluendam parochiali, loquatur, quando parochianus extra suam parochiam, sepelitur, quo in casu priuat suum Parochum

funerarijs, & alijs emolumenis ratione
 funeris obuenientibus, quod dampnum ius
 recompensat per solutionem quartæ, de
 funerarijs, & legatis factis aliæ Ecclesiæ,
 modo ut infra; hoc autem dampnum ces-
 sat, quando quis sepelitur in propria Pa-
 rochia; ac proinde in hoc casu, solis fune-
 rarijs Parochus proprius debet esse con-
 tentus, cum ex officio teneatur suum pa-
 rochianum sepelire. Quod si sit consuetu-
 do, quod eligeates sepulturam in propria
 Ecclesia, semper aliquid illi relinquant, in
 hoc casu si alijs, & non propriæ legaret,
 poterit propria Ecclesia tunc ubi tali con-
 suetudine, & beneficio iudicis illud pete-
 re ab hæredibus: secus vero si talis non
 sit consuetudo; tunc enim proptijs fune-
 rarijs debet esse contentus, ut dictum est;
 nisi Parochianus legans, dimissa propria,
 alijs legasset in fraudem, & dolum, qui
 tunc presumitur, cum alijs Ecclesijs mul-
 ta legat, & nihil propriæ parochiæ. Ita Syl.
 verb. Canonica portio, n. 14. quest. 18.

7 Nota tamen, posse aliquando deberi
 quar,

quartam Ecclesiæ Cathedrali, vel ex præscriptione; vel ex eo quod eam sibi reseruauit, quando parochiæ fuerunt erectæ, & hoc in signū superioritatis, Rota *decis.* 376. *num.* 2. & 3. & tuuc quidem inter Clericos diuidetur, si cura non resideat penes certam personam, *Riccius in praxi,* p. 4. *refol.* 299. *num.* 4. vnde stante consuetudine in ciuitate, quos ius sepeliendi peregrinos, & viatores spectet ad Ecclesiam Cathedralem, quarta funeralis non dabitur Parochijs, intra cuius limites viator detentus pro delicto, vel habilitatus cum cautione decessit, ut cœluit sac. Congreg. Concil. in Pisauirien. 22. Ianuarij 1628. & tenet Barbos. *de offic. & potest. Parochi cap.* 25. *num.* 22. & 23. qui *num.* 25. cum Vbald. *de quarta canonica* 2. *p. cap. 8. n. 14. in fine.* Abb. *in cap. Certificari, num. 11. de sepult.* asserit, in dubio, quando non constat ex consuetudine, vel alia ratione, an debeatur quarta Episcopo, aut Parocco, præfetur Parochus; quia Parochus habet magis specialem curam, quam Episcopus, qui

eam habet generalem: & quia Parochis debetur quarta ex causa onerosa cap. i de sepult. & uti es alienum, Abb. in cap. Certificari, ubi sup Episcopo verò ex causa lucrativa ex textu in lege Sanctorum, C. de iure delib. Rota in Nericoten. quarta funeralis 9. Iulij 1608. coram B. M. Patriarcha Mançanedo.

8 Ex dictis sequitur, Parochum posse petere quartam funeralem tanquam debitum, & mercedem laboris, quasi actione locati, Feder. de Senis *conf. 3 n. 9.* vel conditione ex canone, vel actione ex testamento. Petrus de Vbaldis *de canon. Parochiali, cap. 3. n. 2.* & Barbosa *ubi sup. n. 32.*

9 Sed quæres à quibus debeatur hæc quarta parochialis, seu qui teneantur eam soluere. Respondeo, solvi debere ab Ecclesijs, ubi quis relicta propria parochia, sepelitur, siue Ecclesia, in qua sepelitur sit sæcularium, siue regularium, siue exempta sit, siue non exempta; nō autem ab alijs Ecclesijs, neque personis particularibus. Ita Innoc. in cap. Relatum, & in cap. Nostra de

de sepult. & in cap. Requisuisti, de testam. &c
quidem de Ecclesijs regularium habetur
expresse in Clement. Dudum de sepult.
§. Verum, & habet communis DD. Angel.
verb. Canonica portio, Syl. eod. verb. quæst.
9. num. 7. Vnde quarta hæc non est soluen-
da, ab hæredibus defuncti, sed ab Eccle-
sijs, vbi sepelitur, relicta propria, de fune-
ratijs, & alijs ratione funeris obuenienti-
bus. Aduertendum tamen, hæc proce-
dere de iure communi; nam consuetudi-
ne introduci potest, vt ab hæredibus te-
statoris, ex bonis pro ipsius anima relictis
soluatur. Aduertendæ etiam sunt cuiusq;
Diœcesis statuta, ea quæ obseruanda esse:
quid circa hanc quartam in Diœcesi Va-
lent. dispositum sit, infra dub. 6 Aduerten-
dum denique, regulares habere aliqua
privilegia circa solutionem quartæ paro-
chialis, & modo eam soluendi,

de quibus *dub.*

sequen.

D V B I V M III.

Quomodo & quo iure teneantur regulares soluere quartam ratione sepulturæ ibi electæ.

S V M M A R I V M.

Religiosi secundum ius commune tenentur soluere quartam, num. 1. à quo tunc cogendo sint ad huius solutionem, ibid.

Religiosi exempti sunt à solutione quartæ per priuilegia Papæ num. 2. ut autem priuilegium valeat quod per illud fuerit expresse derogatum Clementinæ Dudum de sepult. num. 3. & 4.

Lex generalis in vere, vel Concilio Generali clausa ut censeatur derogata requiritur quod fiat specifica illius mentio, num. 4.

Communicatio priuilegiorum non extenditur ad ea quæ sunt alijs præjudicialia, nu. 5.

Priuilegia regu! ariam circa exemptionem quartæ an sint per Tridentinum remocata, num. 6. aut per Bulla Greg. XIIII. num 8.

Alleganti incumbit onus probandi, num. 7.

Religiosi casu quo teneantur soluere quartam, de quibus illum soluere debeant, num. 9.

Tali cum Rectoribus Parochialium, & Prioribus

*bis Monasteriorum circa quartam, an seruari
debeant, num. 10.*

I **R**espondeo, iure communi & mo-
do contento in Clemen. Dudum
de sepult. §. verum, ubi Clemeos V. sic ait;
Auctoritate Apostolica statuimus, & or-
dinamus eadem, ut dictorum Ordinum
fratres de obuentionibus omnibus, tam
funeralibus, quam quibuscunque, & quo-
modocumque relictis, distincte, vel indis-
tincte ad quoscumque certos, vel deter-
minatos usus de quibus etiam quarta, siue
canonica portio dari, siue exigi non con-
suevit, vel non debet de iure; nec non de
datis, vel qualitercumque donatis in mor-
te, seu mortis articulo, in infirmitate do-
nantis, vel dantis de qua decesserit, quo-
modocumque directe, vel indirecte fra-
tribus ipsis, vel alijs pro eisdem quartam
partem, quam Apostolica auctoritate ta-
xamus, & etiam limitamus, parochialibus
Sacerdotibus Ecclesiarum Rectoribus, seu
Curatis largiri integræ, teneantur. Non
obstan-

obstantibus priuilegijs, &c. hæc illi. Hanc autem Clementinam Azor 2. p. lib. 9. cap. 13. q. 5. §. *Insuper*, existimat non extendi, quando quis eligit sepulturam apud Monasteria, seu Ecclesiæ monialium Ordinis Minorum & Prædicatorum, ibiq; de facto sepelitur; quia, inquit, dicta Clementina Dudum loquens de fratribus, cum sit pœnalis, nō est extendēda, sed restringenda. Hoc tamen non probatur ullo iure, præcipue post Trid. fest. 25. cap. 13. cum in illo generaliter in quibuscumque locis pijs, ac Monasterijs, vbi solita esset persolui, id obseruari præcipiatur: quare quantum ad hoc consuetudini loci standum erit, idq; ionuere videntur illa verba Trid. solita esse persolui. De quo vide Portel *ad dubia regularia*, verb. *Canonica portio*, nu. 8. Hier. Roder. in comp. qq. regul. resol. 18. num. 18. & Barbola *de offic. & potestat. Parochi* cap. 25. numer. 4. & 5. Huius Clementinæ declarationem, vide apud Syluester verbo *Canonica portio*, numer. 14. quæstione 18. ad quem libenter me remitto, quia pa-

rum

rum est in vsu, & ferme in totum revo-
cata per Pontificum priuilegia , de qui-
bus statim infra numer. 2. & sequentib.
Hoc tamen aduerte cum Sylvest. *supra*,
casu quo teneantur Religiosi solueret
quartum parochiale, seu Episcopalem,
non esse cogendos ad eius solutionem
per Episcopos, sed per Papam, aut dele-
gatum, quod etiam tenet Rodriguez *i.*
tom. quæstione 39. artic. 8. Vbi circa hoc
refert privilegium Sixti Quarti, aitque
non esse revocatum per Clementin. Du-
dum. At in locis, vbi non solui ipsa quar-
ta consueuit à fratribus ab hinc quadra-
ginta annis , secundum dispositionem
Tridentin. sess. 25. cap. 15. de reformat.
de iure communi poslunt curati compel-
lere fratres absolutionem quartæ, secluso
omni priuilegio , ut tenet Glossa in dicta
Clementina, & refert Rodrig. *vbi sup. Po-*
terit tamen Ordinarius inhibere à hæ-
redibus, seu fidei commissarijs ne dictam
quartam fratribus soluant, sed Parochis,
quamuis talis persona sit exempta , vt
inqui-

inquisitor, vel alias; quia ut patet ex Trident. sess. 22. cap. 8. de reform. & ibi congregatio DD. Cardinalium, Episcopi, & Ordinarij etiam tanquam Sedis Apostoli. cæ delegati, in casibus à iure concessis, omnium piarum dispositionum, tam in ultima voluntate, quam inter viuos sunt executores.

2 Nonc autem Religiosi iuxta sua priuilegia non tenentur soluere Episcopo, vel Parocho dictam portionem, seu quartam, nec de funeralibus, oblationibus, sepulturis, legatis, ultimis voluntatibus, nec de alijs pro victu, ornamentis, aut alijs quomodolibet largitis, nec ipsi Religiosi, nec qui eis illa soluunt. Ita enim post dictam Clementinam Dudum, concessit Eugen. IIII. bulla 12. pro Benedictinis, Sixtus IIII. bulla 14. pro Minoribus, & bulla 37. pro Carmelitis. Item Clement. VIII. Carmelitæ Discalciati, post contradictorium iudicium, & causa ventilata, à solutione quartæ funeralis liberantur. Ita Fr. Iohan. de la Cruz in suo tract. de statu Reli-

*Religion.lib. 2. cap. 9. dub. 5. concl. 2. Rodrig.
tom. 1 quest. 39. art. 2. vbi aliorum Ponti-
ficium refert priuilegia, Villalebos 2. par.
tract. 31. diff. 7. n. 9. & alij infra citandi.*

3 Ut autem regulares per sua priuile-
gia exempti sint à solutione quartæ mo-
do dicto, requiritur quod per privilegiū
fuerit specialiter derogatum dictæ Cle-
mentinæ Dudum de sepult. ut decisum à
Rota refert Barbola *de offic.* Et potestard
Parochi cap. 25. num. 8. & supponit Hieron.
Roder. in compen. qq. regul. resol. 18. num.
19. in principio.

4 Quia lex generalis clausa in corpore
iuris, & præsertim in Concilio edita, ad
hoc ut reuocetur, requiritur quod fiat spe-
cifica mentio de eo, cap. Nonnulli 28. de
rescript. cap. Eam te, de ætat. & qualitat.
cap. Ex parte de Capellis Monach. & plu-
ribus tradit Sanchez de *Matrim. lib. 3. dis-*
put. 26. nam. 7. & Rodrig. tom. 3. quest. 39.
art. 4. circa finem, quidquid Cenedo ad
decretal. collectan. 113 num. 3. & Petrus de
Vbaldis de Canonica Paroch. cap. 6. num. 8.

vbi

vbi tener, derogari dictam Clementinam, etiam per clausulas generales, si constat de voluntate Principis derogare volentis omnibus in contrarium obstantibus. Ita autem necessarium est, ut derogetur dictæ Clementinæ Dudum, ut si in aliquibus priuilegijs concessis alicui Religiovi, v.g. Prædicatoribus, fuerit dictæ Clementinæ specialiter derogatum, & postea hæc eadem priuilegia fuerint communicata Religioni, v. g. Sancti Francisci, non communicatur, nec extendatur dicta derogatio, ut fuit decissum à Rota in una Granaten. quarta funeraliū 12. Maij 1610. & Valisolerana 19. Aprilis 1606.

5 Quia communicatio non extenditur ad ea, quæ sunt alijs præiudicialia, Barboſa *supra num. 9.*

6 Quod si contra dicta priuilegia obijcias in Trid. sess. 25. cap. 13. de reform. statutum esse, quod dicta quarta soluat̄ur à regularibus, vbi solita est persolui ante annos quadraginta, hoc est, de quarenta añ̄os acá, non obstante quo vis priuilegio.

gio. Respondet Ioan. de la Cruz *vbi sup.*
Concilium loqui de Monasterijs ante an-
nos 40. fundatis, quæ dictam portionem
soluebant; & sic de aliqua Monasteria sint
fundata, à 40 annis citra, id est, *de quaren-*
ta años acá, non tenentur soluere dictam
quartam, prout declaratū refert à Pio V.
bulla 7. Igitur Monasteria Regularium
ante annos 40. ante dictum Concilium
constructa, quæ quartam confuerant
persoluere, modo tantum soluere tenen-
tur. Vnde si dicta monasteria fundata
essent, etiam ab annis 40. ante Conci-
lium, si illam dictam quartam non per-
soluebant, nec etiam modo ad eam sol-
uendam tenentur. Ita Hieronym. Roder.
incompen. qq. regular. resol. 18. num. 2. vbi
addit, idem à fortiori dicendum est de
monasterijs, quæ post Concilium indies
ædificantur, vel ædificabuntur, quæ qui-
dem, quoad hanc solutionem quartæ,
non comprehendunt in dicto decreto Tri-
dentini declarauit sacra Congregat. &
Pius Quintus in motu proprio ann. 1568.

apud Bullarium, & Clemens VIII. post
contradictorium iudicium definitum pro
fratribus Carmelitis Discalciatis, ne ad so-
lutionē dictæ quartæ tenerentur, de quo
etiam Azor p. 2. lib. 9. cap. 12. q. 3. Miranda
10. 2. quæst. 48. art. 7. Villalobos 2. p. tract.
31. diff. 7. num. 9. Portel verb. Canonica por-
tio, a num. 1. usque ad n. 4 & cum alijs Bar-
bola de off. & potest. Parochi cap. 25. nu. 12.
13. 14. & 15. Vbi resolutum, Monasteria sun-
data ante annos 40. ante Concilij Tridé-
tini confirmationem, quæ quartam solue-
bant, etiam nunc eam soluere tenentur:
secus si tunc eam non soluebant. Illa verò
quæ post Trident. sunt constructa à solu-
tione quartæ esse libera.

7 Ex his inferit Fran. Leo in suo Thesau-
ro fori Ecclesiastici, p. 2. cap. 14. nu. 3. Quod
quando regulares sunt in quasi possesso-
ne non soluendi quartam Episcopo, aut
Parocho, eisdem Parocho, & Episcopo in-
cūbit onus probandi ante annos 40. elap-
sos solui solitam esse ab eorum Monaste-
rijs, quod ait decisum in una Terracinen.

quia

quia alleganti onus probandi incumbit,
Bart. in l. si minorem, num. 5. C. de integr.
rest.

8 Si vero iterum obijcias, dicta regularium privilegia esse reuocata per Gregor. XIII. & redacta ad terminos iuris communis, ut habetur in bullâ eiusdem Pontificis, quam refert Nauar. cap. 27. in fine. & docet Fuscus de visit. Eccles. lib. 2. cap. 2. nu. 27. Respondent Ioan. de la Cruz, & Rodrig. sup. in dicta bullâ solum reuocari privilegia, quæ sunt contra Tridentinum, non vero declarationes eiusdem Concilij, quæ non sunt contra illud, qualis est de quarta funerali in favorem regularium. Et addunt, eandem declarationem Tridentini postea datam esse à Congreg. Cardinalium, quam refert Rodrig. ubi sup. Nec ab alio est reuocata. Ego autem in his quæ hoc, & antecedenti numero dicta sunt, cetero obseruandam esse constitudinem approbatam, quæ est optima legam, & privilegiorum interpres.

9 Aduertunt etiam Ioan. de la Cruz, &

Rodriguez *supra cit.* quod Religiosi qui secundum dispositionem Tridentini soluunt, aut soluere teuentur quartam parochialem, non teneri soluere de omnibus relictis fratribus, sed tantum de ijs, quæ cum corpore defuncti contigerunt deferri, non autem de Missis, candelis, vel alijs quomodolibet donatis, ut declarauit Pius V. in dicto motu proprio, & etiā consuetudine introductū est (inquit Rodrig.) in Ecclesia, ut de nullo alio soluatur quarta, nisi de ijs, quæ cum corpore defuncti deferuntur prout etiam aduertunt Card. in dicta Clement. Dudum, §. Verum Couarr. in cap. vlt. de testam. nu. 6. & 7. & alijs, quos allegat Couarr. qui post Panor. ait, consuetudinē receptum etiam esse, quando aliquis in aliena Parochia sepelitur, Ecclesiam sepulturæ non teneri soluere quartam de oblationibus factis post diem sepulturæ, sed solum de ijs quæ in die sepulturæ fiunt, quod etiam tenet Molina 2. 2. tract. 2. diff. 215. colam. 1309. eo quod Concil. solum facit mentionem de quarta fune,

funeralium, quasi innuens, quod hæc tan-
tum soluitur de ijs quæ offeruntur in die
funeris. Idem etiam tenet Syl. verb. Ca-
nonica portio, num. 15. quæst. 19. in medio,
vbi docet, etiam si nomine funeralium
intelligantur omnia bona, quæ obueniunt
Ecclesiæ ratione funeris, siue ante corpus
conditum in terra, siue post usque ad 30.
diem consuetudo tamen (inquit) habet,
ut canonica non de omnibus, sed de ijs
quæ comittantur, & cum funere defe-
runtur soluatur.

10 Item idem Rodriguez 1. tom. quæst.
39. artic. 8. aduertit, quod pacta cum Re-
ctoribus Parochialium super iuribus Pa-
rochialibus, à Prioribus conuentuali-
bus, seu Guardianis fratrum Prædicato-
rum, aut Minorum, & aliorum mendi-
cantium facta, & approbata á suorum
Conuentuum Concilio deberi obserua-
ri, etiam si non interueniat assensus
Generalis, vel Provincialis: & addit
Leonem Decimum in Concilio La-
teranensi statuisse huiusmodi pacta

valere , nisi per subsequutum Capitulum proximum Generale , vel Provinciale , refutata , & per eos refutatio huiusmodi intitata debito tempore fuerit .

D V B I V M III.

Quomodo consuetudo excusat à solutione quartæ Canonicae.

S V M M A R I V M.

Consuetudo ut liberet à solutione quartæ debet esse præscripta num. 1. quantum temporis requirat , ibid. & num. 2.

Renuntiatio , aut compositio circa quartam , an sit valida , num. 3.

Compositiones , & pacta super iuribus Parochialibus facta inter Prælatos conuentuales , & Parœcos valida sunt , num. 3.

Regulares per unum aut alterum actum soluendi quartam an censeantur renuntiare iuri quæsito , num. 3.

Priuilegium ad non faciendum non perditur uno , aut bino actio , num. 4.

Præscriptio contra bona regularium debet esse centenaria , num. 5.

EX supradictis constat consuetudinem habere maximam vim circa quartam, & modum soluendi eam; quare nunc solum de modo querimus.

I Dico igitur primo. Consuetudo, ut omnino libeset à solutione quartæ, debet esse præscripta tempore legitimo, nempe cum titulo per tempus 40. ann. sine titulo per tempus immemorabile. *Syl. verb. Canonica portio, num. 2. & 3. cum Panormit. in cap. Certificari, de sepult. & cum alijs Barbola de offic. & potestat. Parochi cap. 25. num. 16.* & colligitur ex cap. 1. de præscrip. lib. 6. Ratio est; quia ius commune est pro Ecclesia parochiali, & Episcopo, consequenter cum præsumptio sit contra pos- sidentem, opponet, quod titulum alleget & probet, per quem talis præsumptio tol latur, aut quod possiderit per tempus im memoriale; nam ut dictū est de decimis, tempus immemoriale inducit præsumptionem priuilegij. Hac ergo præscriptio ne, modo explicato, potest se tueri Eccle- sia parochialis, ne soluat quartam Episcop.

po, vel alteri Parochiæ. Similiter Ecclesia regularium, ne eam soluat parochialibus, ut late Franciscus Leo in suo *The sauro fori Ecclesiastici*, p.2. cap. 14. num. 34. quia Ecclesia potest se aduersus aliam Ecclesiam quadragenaria præscriptione tueri, cap. illud de præscript. & Glossa in cap. De quarta de præscript. in rebus autem Ecclesiasticis præscriptio est quadragenaria cap Dilecto, cap. vlt. de conf. etud. cap. Romana de elect. cap. Cum Ecclesia, de causa possessionis, & propriet. cap. De quarta, cap. Ad aures, de præscript. etiam si non sit titulus, intellige tamen, quoad præscriptionem tantum libertatis non soluendi quam decimarum, nec oblationum, aut legatorum. Sed si una Ecclesia fundat suam intentionem in præscriptione quadragenaria percipiendi decimas in aliqua parochia, cum talis perceptio sit contra ius, titulus est necessarius, aut tantum temporis spatium, cuius memoria non extet, cap. 1. de præscriptione in 6. cap. Decimas, de restitutione spoliat. eodem lib. 6. cap. Ad au-

res de præscript. Abb. consil. 26. numer. 4.
part. 2. ita Franci. Leo sup. Verius tamen
existimo cum Syluester & alijs, etiam in
quadragenaria præscriptione non soluen-
di decimam, aut quartam requiri titulū;
quia est contra ius, & præsumptio contra
præscribentem.

2 Dico secundo. Si consuetudo non
tollit omnino quartam, sed tamen soluit
citra quartam, id est, quintam aut sex-
tam; aut soluit ultra dimidium, *mas que*
la metad, requiritur quod sit præscripta
cum titulo per tempus 40. ann. sine illo
per tempus immemoriale. Ratio est,
quia est contra ius nullo enim iure ca-
uetur, ut detur minus quartæ, vel
ultra dimidiā. *Quod si detur infra*
dimidiā, menos que la metad, & infra
quartam, *estō es, latercerā parte*, valet
consuetudo, etiam non præscripta tem-
pore quadraginta anno. quia consue-
tudo dandi infra dimidiā, & quartam
non est contra, sed præter ius, ut docet

Panor.

Ponormit. in cap. Certificari, de sepult. ac
proinde ad hoc ut dicta consuetudo va-
leat sufficit tempus decem annorum, ut
teneret idem Ponormit. sup secundū Glos-
sam in cap. fin. de consuet. lib. 6. ita etiam
Syl. sup. dict. num. 2. Sebastianus de Medi-
cis de sepult. quest. 7. Barbosa de off. & po-
test. Parochi, cap. 25. nu. 2.

3 Sed quæres an valeat renuntiatio, aut
compositio circa quartam. Respondeo, re-
nuntiationem canonice portionis in dam
num Ecclesiæ Cathedralis, vel parochia-
lis factam, nullios esse valoris, nisi fiat cum
protestatione, quod per hoc non fiat præ-
iudicium Ecclesiæ iuribus; compositio-
nes tamē, & pacta super iuribus parochia-
libus facta inter Prælatos conuentuales,
& Parochos, valida sunt, etiam si celebra-
ta sint absque licentia superiorum, Pro-
vincialium, scilicet, vel Generalium; dum
modo sint licita, & honesta, & fiant cum
consensu conuentus nec irritentur per
subsequens Capitulum Generale, vel Pro-
vinciale, ut cum Rodrig. dixi dub. anteced.

ex

ex decreto Leon. X. in Concil. Lateran. imo & si dictæ compositiones, seu conventiones sint repugnantes dictæ Cleméntinæ Dudum, §. Cæterom de sepult. quia ibi solum revocantur factæ ante illam, nō vero faciendæ de novo, vide Rodrig. tom. 1. quest. 39. art. 8. & tom. 3. quest. 46. art. 4. Azor part. 2. lib. 9 cap. 12. q. 4. Syl. verb. Canonica portio quest. 2. Mirandam, tom. 2. q. 46. art. 12. licet hic ibi contendat, in dicta Clementina etiam reuocari conventiones futuras, & non tantum præteritas. At Leo. X. fuit post illam, & potuit ius commune reuocare, ut bene notat Pottel verbo Canonica portio, num. 9. & 10. quam sequuntur Hieron. Roder. incompen. qq. regul. resol. 18. num. 9. & Barbosa de off. & potest. Parochi cap. 25. num. 34. qui num. 35.

4 Afferit per unum, aut binos actus contrarios non censeri regulares renuntiare iure quæsito de non soluendo quartam, nisi talis solutio facta sit per spatium 40. ann. iuxta dispositionem iuris in cap. Accessentibus, & cap. Si cetera de priuileg. quia

quia privilegium ad non faciendum non perditur vno actu, aut bino, cap. Cum accessissent, ubi Gloss. de constitut. etiam si per spatium 40. ann.

Soluta sit quarta: adhuc enim præscriptio non tenet; quia contra bona, & iura regularium, non nisi centenaria currit præscriptio ad instar Ecclesiæ Romanae, ex quodam singulari priuilegio Eugenij IIII. de quo Miranda dicit. quæst. 48. art. 13. & Portel ubi sup. num. 4. & Clarius verb. Priuilegium a num. 55. præcipue num. 58. An autem Parochus possit iuri quartæ renuntiare infra hoc cap. dub. vlt. in fine.

D V B I V M V.

De quibus soluenda sit quarta Parochialis.

S V M M A R I V M.

Quartæ parochialis soluenda est de omnibus quæ obueniunt ratione funeris, num. I. Funeralia quæ dicantur, ibid. Cerei possunt accipi in die defunctionis, & die sequenti, si solemniori pompa pro defuncto Missa cantatur, num. 2.

*Quarta debetur de cereis seu candelis quæ cum ca-
dauere deferuntur, item de illis quæ inferetro
deferuntur, num. 3. Limita tamen in quatuor ca-
sibus alia, num. 4.*

*Quarta canonica debetur de omnibus donatis, vel
legatis causa mortis, ut in num. 5. Item de illis
quæ iuri institutionis relinquuntur Monasterijs,
vel locis pījs, num. 6. Non verò de illis quæ tes-
zator iussit distribui in usus pīos, in vasa, orna-
menta, &c. num. 6. Item debetur delegatis fa-
ctis Ecclesiæ seu Monasterio in qua quis eligit
sepulturam, si legatur relinquatur rationi loci,
& non personæ, nu. 7, Limita tamen in quatuor
casibus, ut in num. 7.*

I. **R**espondeo, quartam funeralem,
seu canonicanam portionē debere
de omnibus quæ obueriunt ratione func-
tis, scilicet in die funeris, seu de omnibus
oblationibus, & commodis funeris quæ
offeruntur in die funeris, prout declara-
uit Pius V. in constitut. quæ incipit, Et si
*M*endicantium, quam declarationem se-
quitur Manuel Rodriguez. 1. to. q. 39. art. 2. in
fine, & Fr. Iohan. de la Cruz de statu Relig.
p. 2. c. 9. dub. 3. verb. Tertia conclusio, & cum
alijs

alijs Barbosa de offic. & potest. Parochi, cap. 35. num. 36. Funeralia autem dicuntur ea, quæ ratione sepulturæ obueniunt cap. Cū liberum, cap. Nostra de sepult. & Benedic-
tus XI. inter constitutiones Prædicato-
rum pag. 72. ait per funeralia intelligi in
hoc casu ea quæ cum funere deducuntur
siue antequā siue in terra conditum, siue
post, & usque ad trigessimū diem, & quā-
diu sit memoria de funere, modo occasio
ne funeris protueniant, ut si post diem fu-
neris obsequiæ fiant cum maxima pompa,
eo quod die obitus propter pestem, aut
aliam causam non potuit solemniter te-
mulari vide de his Riccium in praxi for-
i Eccles. decis. 670. num. 4. decis. 571. num. 4.
in 2. edit. & p. 4. resol. 300. Petrus de Vb al-
dis de canon. Parochiali, cap. 4. nu. 16. Azebr
p. 2. lib. 6. cap. 14. quest. 13. verb. Funeralia
Portet in dubijs regular. verb. Canonica por-
tio, num. 5. Hieron. Roder. in comp. qq. re-
gul. resol. 18. num 3. & cum alijs Barbosa
spra num. 37.

Ex dictis sequitur primo. Quando in
def. uo.

defunctione data fuit Parocco solita facium, cereorum, aut intorstitiorum quartæ, si deinde sequenti die solemniori pompa, in alia Ecclesia vbi mortuus sepulturæ mandatus fuerat die hesterna, pro eius anima Missa solemnis cantatur cum distributione candelarum, & intorstitiorum in maiori quantitate dixæ præcedentis, debeatur ex his quoque Parocco quarta, prout declaratum à sacr. Congregat, negotijs Episcoporum, & Regularium præposita die 3. August. 1621. refert Barbosa *vbi sup. nu. 18.* quia omnia hæc censentur funeralia, & obuentiones occasione funebris prouenientes, & ex alio cap. actus funeralés sunt distincti.

3. Sequitur secundo. Debeti quartam parochialē de candelis, seu cereis accensis, quæ circa crucem, & cadauer deferuntur, Vbaldis *sup. cap. 4. num. 10.* & de candelis oblatis, Feder. de Senis *dict. conf. 4. num. 8.* & cum his Barbosa *dict. cap. 25. nu. 41.* Item de illis quæ dantur pro Missis dicendis, & de legato Rectori Ecclesiarum

in qua quis eligit sepulturam pro celebrandis Missis v bald. sup. num. 5. Rodrig. dict. quæst. 39. num. 2. & cum alijs barbosa sup num. 43. & de off. & potest. Episc. par. 3. allegat. 86. num. 20. & seqq. ex Gloss. verb. Funeralibus, in Clement. Dudum de sepult. §. Verum. Item de armis, libr. is, bandelis, culcitra, seu pallio quæ in feretro deferuntur, V bald. loc. cit. n. 20. Fallit tamen in armis, & aquis quæ, relinquuntur terræ sanctæ, Molina tract. 2. diff. 215. nu. 8. per cap. in nostra de sepult. Item de panis, sericis, seu aureis, vestibus, puta stamine, vel ciliicio, Oldrad. conf. 211. num. 7. ex cap. Cum inter nos, de verb. significat. & cap. In nostra de sepult. circa quod attendenda est consuetudo, & ponderanda constitutio Pij V. quæ incipit, Et si Mendicantium, & vindendus Barbosa sup. num. 44.

4 Limitanda tamen est principalis resolutio, ita ut quarta non debeatur Parocco primo, ex his quæ offeruntur in fove re alicuius, qui de facto contra voluntatem fratrum in Ecclesijs eorum v.g. tempore

pore interdicti sepeliuntur, quando scili-
cet ille Ecclesiae gaudent hoc priuilegio,
quia non debetur quarta in casu prohibi-
to, cap. Ex parte, cap. Liberum, cap. In nostra
de sepult. Syl. ver. Canonica portio, num. 8. §.
Septimus, ubi dicitur, quod tenetur cor-
pus, & omnia quæ habet restituere, vide
Fr. Manuel tom. i. quæst. 39. artic. 3. Barbo-
sam ubi sup. num. 45. Secundo nec debe-
tur ex his quæ efficiuntur in funere alicu-
ius nouitij mortui in Religionē Syl. loco
cit. § Quartus, Manuel ubi sup. art. 4. ubi id
extendit, etiam si mortuus fuerit in domo
parentum, ad quam se contulerat, ut cu-
raretur, de quo Villalobos par. 2. tract. 31.
diff. 7. num 10. Miranda to. 2 quæst 48. art.
4. concl. 3. Azor p. 2. lib. 9. cap 13. quæst. 4.
verb. Quod si. Hieron. Rodetic. in comp.
q q regul. ref. l. 18. n. 5. Præstringenda tamē
est hæc limitatio primo, ubi quis morbo
iam affectus ingressus est Religionem, &
ibi nouitus ob illum morbum mortuus
est, quia tunc quarta debetur. Syl. sup n. 8.
§. Quintus. Secundo in eo qui petiti com-

habitu fratrum sepeliri, Syl. loco cit. Tertio in nouitio qui non habuit proposito mutandi vitam, Syl. supra verb. Quintus. Quarto in ijs confratribus, qui ingrediuntur in loco Religiosa, retentis bonis suis, quia etiam delegatis factis per ipsos debetur canonica portio. Syl. loco cit. nu. 12. & Barbosa ubi sup. cap. 25. num. 46. Limita tertio, ut non soluatur quarta delegatis factis Ecclesijs vel locis pijs pro fabrica, ornamentijs, cercis, lumivaribus, anniversarijs post sextum diem, & calijs ad cultum diuidum perpetuum, Molina ubi sup. disp. 215. num. 8. Barbosa cum alijs sup. num. 47.

5 Sequitur tertio. Canonicam portionem debere solvi de rebus quomodolibet donatis, seu relictis, siue sit donatum vni ex regularibus, siue toti monasterio, Clementina Dudum, §. Verum, & ibi Gloss. de sepult. etiam si donatum sit vni fratri, & consanguineis, Syl. verb. Canonica portio num. 15. §. Sexto. Modo tamen dictæ donationis sint factæ causa mortis, vel legatum factū in infirmitate sit solutū in vita, Gloss.

Gloss. in verb. Datis, in dict. Clem. Dudum,
& si contrarium teneat Rodrig. dict. q. 39.
art. 2. & hoc propter priuilegia & consue-
tudinem, vbi refert declarationem Pij V.
& Molina d. disputatione 215. num. 4. vbi ait hoc
non procedere, si fiat in fraudem per Ab-
batem in cap. De his, de sepult. Non autem
debetur de vestibus datis pauperibus;
Ioan. de la Cruz de statu Religioso p. 2. cap.
9. d. 1b. 5. nec de frumento in illis regioni-
bus in quibus datur, Caral. de quarta fune-
rali, cap. 3. verb. De frumento. Nec debetur
de donatis in vita, & in sanitate Oldrad.
conf. 225. n. 23. Petrus de Vbald. de canon.
port. cap. 4. n. 2. & Barbosa de off. & potest.
Parochi cap. 25. num. 48. & 49.

6 Sequitur quarto. Funeralem quartam
deberi de omnibus illis, quæ iure insti-
tutionis relinquuntur monasterij, sive alijs
locis pijs, Molina dict. disputatione 215. n. 4. Abb.
c. 1 n. 7. de sepult. Syl. verb. Canonica portio,
n. 10. Barbosa sup. n. 50. Non tamē debetur
de illis, quæ testator iussit distribui inv̄sos
pios, in vase, luminaria, ornamēta Ecclesiar̄

Couarr. cap. vlt. num. 8. de testamentis, quia ab ipso testatore facta censeretur huiusmodi distributio. Hoc autem non procedit quando aliquis regularis electus est distributor, ut distribuat aliquam summam pro suo arbitrio, & ipse inter fratres distribuit, quibus nihil erat relictum, Gloss. verb. Obuentionibus, & verb. Indirecte, in dict. Clement. Dudum. Sylvest. ubi sup. num. 15. verb. Secunda, ubi loquitur, etiam quando fratribus nihil erat relictum, sed mandatur executoribus, ut dent, vel promittant aliquid fratribus.

7 Sequitur quinto. Deberi quartam funeralem de omnibus legatis factis Ecclesiæ, in qua quis eligit sepulturam, cap. 1. & 2. de sepult. Oldrad. conf. 225. num. 18. Rodriguez. loco cit art. 2. Molina dict. dispt. 215. n. 4. ubi tener deberi de omnibus quæ relinquuntur in ultima voluntate, etiam si legata facta sint Prædicatoribus, aut Mendicantibus, Couar. ubi sup. num. 8. per dict. Clement. Dudum. Hæc autem procedunt, si legatum relinquatur ratione loci, non autem

autem ratione personæ, neque in fraudē
quartæ canonicae, Sylvest. verb. Canonica
portio, num. 7. Oldrad. conf. 225. num. 16. qui
tamen indistincte dicit quartam deberi,
ut refert Barbola sup. num. 51. Limita ta-
men, ut non procedat, primo in legatis fa-
ctis Monasterio, quod est exemptum per
aliquid priuilegium, Sylvest. sup. num. 8.
Rodrig. tom. 3. quæst. 46. art. 1. & tom. 1. q.
39. art. vlt. Ioan de la Cruz de statu Relig.
par. 2. cap. 9. dub. 5. Secundo in legatis fa-
ctis Ecclesiæ, in qua testator sepelitur,
Sylvest. sup. num. 8. §. Sextus, per Gloss.
in cap. 1. de sepul. quod non procedit, si ta-
le legatum factum est Ecclesiæ, ad hec ut
construat capellam in Ecclesia in qua se-
pultus est, vel si factum sit in fraudem Ec-
clesiæ parochialis ita com. Alexand. & Za-
baral. Barbosa dict. cap. 25. num. 52. Tertio
non procedit in legatis factis Ecclesijs,
vel locis pijs pro ornamentis, cereis, lu-
minarijs, aniversario post diem sextum,
Oldrad. conf. 225. num. 20. Molina diss. 215.
nu. 8. Quarco non procedit in legatis re-

licitis Ecclesiæ pro fabrica, quia ex tali legato non detrahitur quarta, Couar. in cap. ultim. num. 5. de testamen. quod verum est, si Ecclesia tunc egeat reparacione, secus si non egeat, Couar. sup. & Barbosa loco cit. num. 52.

DUBIUM VI.

Quid disponat circa Canonicam portionem, sive quartam, Synodus Valentina.

SUMMARIUM.

D. D. Martinus ab Aiala Archiepiscopus Valent. quid disposuerit in sua Synod. circa quartæ solutionem num. 2. & 4.

D. D. Ioannis à Ribera Archiepiscop. Valent. quid disposuerit circa quartæ solutionem, num. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.

D. D. Fr. Isidoro Aliaga Archiepiscop. Valent. quid disposuerit circa quartæ solutionem in sua Synodo, num. 12.

An soluere quartam sit contra ius commune, num. 13. & 14.

Quarta parochialis an debeatur ex eleemosynis, num. 15.

Parochus an possit renuntiare quartæ sibi debitæ,
num. 10.

1 **C**um huiusque dicta circa quartæ solutionem procedant de iure communi, & cum ius commune sit in hac materia sit valde mutatum vel per consuetudinem, de qua *sup. dub. 4.* vel per leges synodales, videndum est nunc, quid dispositum sit in nostra Diœcesi Valentina.

2 Primo igitur D.D. Martinus ab Aiella in iuribus parochialibus, ordinat. 43. & Dominus meus D. Ioan. à Ribera Archiepiscop. Valent. in synodo Diœcesana de an. 1584 decreto 2. disponunt, quod quarta in funeribus sic exigatur. Ex intortijs, seu funeralibus cereis maioribus, quæ funus comittantur, accipiuntur duo pro quarta, quos maluerint: si minoribus cereis afferantur, aut sine cereis mortuus sepeliatur, accipiant sex solidi pro quarta: aut ex paruis illis cereis tot, quot ex consuetudine loci accipi solent.

Addic

Addit Aiala *vbi sup.* prædictam quartam
posse accipere quemlibet cor. tū; com etiā
à non lqo Parocco, ac sedis armariarium,
sed id peracta sepultura, & Missa atque
tantum semel, nisi fiat commemoratio, si-
ne remembrança post sepultum funus;
tunc enim icerum debent quartare. De
Abbatis, sive parvulis qui non feretro, sed
manibus deferontur ad sepeliendum, ac-
cipiant duos cereos pro quarta, si defe-
runtur alioquin duos solidos. Post modū
verò D. D. Fray Isidoro Archiep. Valent.
in synodo de anno 1631. cap 81. statuit, cū
qui curam armarij Ecclesiæ Matricis ge-
rit, & quemlibet Rectorem in funeribus
adulorum duo intorstitia, si in eis portē-
tur, pro iure quartæ sumere possint, quæ
si ipsis displicerent, decem solidos pro
illis accipiant; octo verò solidos, si nul'a
sint intorstitia. In funeribus autem paruo-
lorum, qui ad sepeliendum ducuntur in
feretro, ecto itidem solidos; si in vlois de-
ferantur, duos cereos, vel tres solidos ad
sum arbitrium recipere valeat, hæc ille.

Qæ

Quæ dispositio est in viridi obseruan-
tia.

3 Secundò, D. D. Ioan. à Ribera ann. 1584. decretò 8. disponit quod quando quarta funeralis ceræ accipitor, sit prima iο accipiendo Parœcia, unde funus effteratur; secunda illa in quam infertur, quod etiam nunc obseruatur,

4 Tertiò, D. D. Martinus Aiala in iuribus funeralibus ordinat. 44. disponit: *El modo que a de quartar el Aſſeo quando viniere la Cofadria de nuestra Señora del Aſſeo. Y en la ordinacion 45. dispone: Que quando de una Iglesia, o Monasterio se bu-*
ntere de rebazer la quarta por la cera a otra Iglesia, no se parta por medio la bacba, o ci-
rio, sino que se rebagan por la quarta de las bacbas quattro sueldos, y por la de los cirios de los Albades seis dineros, y quede en fa-
cultad del que ha de rebazer, pagartos, o que se los paguen.

5 Quartò, D. D. Ioan. à Ribera in synodo anno. 1590. decreto 21. statuit: quod quarta canonica seu funeralis, quæ hacde-

nus

nus, ex Clementina Dudum de sepult. & antiqua consuetudine huius Diocesis soli solita est, soluatur iuxta formam sequentem. Statuit ergo primo: delegatis quamque via factis, sedi, vel Parochiæ Valentianæ non deberi quartam parochiæ, cuius erat defunctus, nisi talia legata fuerint dimissa pro expensis exequiarum ipsius defuncti; nam tunc debetur illi quarta, ultra duos cereos, qui virtute privilegij Regis Iacobi debentur Cruci Parochiæ defuncti. Quid si forte defunctus omnes cereos, quamvis multi sint, qui in suis exequijs deferuerint, legauerit Ecclesiæ, vel monasterio, vbi sepelitur, de omnibus illis, cuiuscumque formæ fuerint, datur quarta pars parochiæ defuncti.

6 Statuit secundò. Si defunctus dimiserit alicui Ecclesiæ, vel monasterio, vexilla, tapeta, serica, vel aurea, calices, cruces, aut alia quæcumque ornamenta, quæ solum in honorem, & cultū Dei, & Ecclesiæ deferriunt, vel quantitatem aliquam, ad ea

ea facienda , de istis non debetur quarta paroeciæ defuncti: sed si talia fuerint dimissa, ut post obitum illius conuertantur in usum, vel utilitatem propriam Sacerdotum, vel fratribus Ecclesiæ, vel monasterij, ubi fuerit sepultus ; si talis dimissio sortitur suum effectum , tunc debetur quarta portio.

7 Statuit tertio. Si defunctus dimiserit pecunias, vel Missas aliquas Ecclesiæ, vel monasterio, & etiam dimiserit suæ Paroeciæ, in qua sepultus fuerit, aliquid de predictis legatis , tunc non debetur quarta portio dictæ Ecclesiæ de legatis aliarum Ecclesiarum. Si vero non meminerit Paroeciæ suæ, in qua sepultus est, tunc de melioribus legatis alijs Ecclesijs relictis primo debetur sibi unum quia mater defuncti fuit, ubi ecclesiastica Sacra menta sunt illi ministrata. Statuit quartò. Si defunctus elegerit sepulturam , in aliquo monasterio, seu Ecclesia quæ non fuerit sedes Valentina, nec aliqua Parochiarum eiusdem, & dimiserit illi Ecclesiæ seu monasterio

centum, ratione sepulturæ ibi electæ, & suæ parochiæ dimisserit decem pro canonica portione ei debita, tunc de illis centum debent superaddi parochiæ quindecim, pro complemento viginti quinque, quæ propriæ parochiæ debentur, pro quarta portione dictorum centum. Si autem talis absolute legauerit dictæ parochiæ decem, non intentione soluendi dictam quartam portionem, tunc integré percipiat dictos decem, & ultra hoc virgini quinque pro sua quarta portione, & hoc fuit inducnum in compensationem damnorum, quæ sedes, & parochiæ prædicta patiuntur propter priuilegium quod habent audiendi confessiones, & recipiendi parochianos dictarum Ecclesiarum parochialium ad sepulturam.

8 Statuit quinto. Si quis elegerit sepulturam in alieno Diœcesi, etiam si de iure non sit soluenda canonica portio parochiæ defuncti, tamen quia talis est consuetudo in Valent. Diœcesi, si euenerit casus quartæ portio debet solui parochiæ defuncti.

9 Sta-

9 Statuit sexto. Si quis dimisserit Re-
ctori, vel Curato Ecclesiæ, vbi sepelitur
Missas Rector, vel Curatus propriæ paro-
chiæ debet habere quartam partem ipsa-
rum; sic tamen quod ipsæ Missæ celebri-
tur per Sacerdotes residentes in dictis
Ecclesijs. Sed si legauerit dictas Missas
alicui Beneficiato, seu Presbytero Eccle-
siæ vbi sepelitur, tunc de illis non debe-
tur quarta pars Rectori, vel Curato pro-
priæ parochiæ; nam dimittens unum Sacer-
doti, ut est una particularis persona, & non
est caput Ecclesiæ, non sic intelligitur di-
mittere, quod totus Clerus dictæ Eccle-
siæ habeat utilitatem ipsarum, nisi in dicta
Ecclesia sit consuetudo, quod Missæ re-
lictæ unius particulari sint communes om-
nibus, quia tunc quarta pars debetur pro-
priæ parochiæ.

10 Demum declarat. per has constituc-
tiones in nullo derogari, vel præiudicium
inferri Religiosorum priuilegijs, veris,
expressis, & confirmatis, ac in viridi ob-
seruantia existentibus hæc ea cōcessis à

Sedo

Sede Apostolica, Mendicantium Ordini:
bus seu alijs personis, hæc ille.

II. Quintò, idem Dominus meus D.
Ioann. à Ribera in sua synodo anno. 1599.
adidit Nuntiatum nobis est, plena Syno-
do, innecta esse in Ecclesiam unam, aut al-
teram, paucis ab hinc mesibus noua anni-
uersaria, quæ tamen nouo ac commenta-
tio nomine, vocantur, *doblas de requiem*,
ut hoc prætextu, dolofo illo quidem, &
fraudulento, fraudetur Rector sua illa
quarta anniuersariorū debita. Nos igitur
ut ius debitum Rectori in tuto colloce-
mus, volumus, & mandamus, ut ex nouis
illis duplis de requiem vecatis, quarta
pars seruetur Rectori, ut in cæteris anni-
uersarijs, cum duplæ huiusmodi, quamuis
mutato nomine, sint reuera anniuersaria.
In quo quidē decreto, dominus Archiep.
duo facit, prime tollit abusum, *de las do-
blas de requiem*, & confirmat ius quartæ
partis, quod habet Rector in anniuersarijs,
quæ quotannis perpetuo celebrantur
pro defunctis.

12 Sexto. Domino D. Frater Isidoro Aliaga Archiepiscop. Valentini. in suo Synodo de ann. 1631. cap. 43. statuit, & disponit modum extrahendi quartam ex anniuersarijs perpetuis & amortizatis, his verbis : *Volumus & ordinamus, ut ex tota & uniuersali cuiuslibet anniuersarij, vel anniuersariorum accumulatorum pecuniarum summa, primo capsouium defumatur; deinde tres solidi pro singulis Missis extrahantur, quibus detractis, qualitatis residue quarta pars detur Rectori pro sua quarta; relique vero tres partes inter ipsum Rectorem, & Beneficiatos celebrationi interessentem, aquis portionibus diuidatur: quod etiam seruari volumus in anniuersarijs, quae necessario sunt amortizanda, licet aliqua ex causa amortizatio differatur, quamcumque altam consuetudinem derogantes.*

13 Sed dices, esse contra ius solvere hanc quartam ex anniuersarijs, ut tenet Sylvest. verb. *Canonica portio, numer. 3. quest. 3. & alij apud Francisci Leo. in suo thesauro*

thesauro part. 2. cap. 14. num. 6. & 7. ex cap.
Cum creatura, de celebrat. Missarū, & cap.
De his ult. de testament. Respondeo tamen
non obstatre huic decreto Valentino, cap.
Cum creatura; quia ibi solum reprehendit
Pontifex negligentiam in celebrando
Aniversaria, & Sanctorum festa. & præci-
pit, ut deinceps ea celebrentur. Nec ob-
stat dict. cap. fin. de testament. Nam hoc caput
correctum est, & mutatum per Clemens-
tinam Dudum de sepult. §. Verum, quæ,
ut ibi dicit Gloss. de iure, facit ius nouum,
& corrigit vetus; & disponit, ut ex omni-
bus ratione funderis obuenientibus, solua-
tur quarta, etiam si antea, de iure, vel con-
suetudine non solueretur: quæ quidem
dictio, omnibus, cum sit generalis omnia
comprehendit, & nihil excludit. Et esto
quod dispositio dict. cap. fin. de testament.
maneat integra, nihilominus dici potest,
quod detractio quartæ partis ex Aniver-
sarijs non est contra dictam dispositionem;
nam ibi solum disponitur ne deducatur
quarta pars ex proprietate & sorte prin-
cipali,

cipali, quæ legatur pro anniversario, ut patet illis verbis: De ijs quæ in ornamenti, vel pro eis, seu fabrica, luminaribus, anniversario, septimo, vigesimo, trigesimo die; siue alijs ad perpetuum cultum diuinum legantur Ecclesijs, vel reliquis pijs locis, canonica portio (dummodo in fraudem non fiat, ut ea Episcopus, seu parochialis Ecclesia debeat defraudari) deduci non debeat. Vbi Pontifex expresse prohibet, ne ex legato pro anniversario deducatur quarta, & hoc ne defraudetur suffragio anima defuncti legatis, & maleat integra fons, seu quantitas legata pro anniversario: quod non militat in quarta, quæ in nostro Archiepiscopatu detrahitur ex anniversarijs; nam hæc non deducitur ex proprietate, & sorte principali legati pro anniversario, sed ex fructibus, seu pensione legati; qui quidem fuitus, seu pensio dantur pro distributionibus Clericis celebrantibus anniversaria, & in distributione illorum referuatur quarta pars Rectori, & hoc ne ex admisione

beneficiariorum in totum Parochi damnum sentirent, eo quod de iure ad ipsos tota distributio spectaret, ut infra, & cap. seq. ex quo fit non defraudari anima defuncti, eo quod anniuersarium singulis annis celebratur, manente integra quantitas legati pro eo: declaratur etiam, relinquat v. g. Petrus Ecclesiaz S. Stephani 100. aureos pro anniuersario singulis annis celebrando, quæ 100. singulis annis reddunt 100. solidos pro pensione; hoc anniuersarium celebratur à toto Clero; deducitur tamen ex illis centum solidis quarta pars modo dicto *sup.n.12.* & datur Rectori: & hoc pro obligatione ministrandi Sacra menta suis parochianis, pullandi campanas pro anniuersario, & pro luce in illius celebratione. Tum etiam & præcipue, quia antiquitus, ut constabit cap. seq. in una parochiali solus residebat Rector, seu Curatus, ac proinde omnia emolumenta, & obuentiones in totum in eius utilitatem cedebant. Tempore autem procedente erecta sunt beneficia simplicia in paro-

parochialibus, & admissi beneficiati à Re-
ctoribus ad distributiones, & emolumēta
Ecclesiæ, in quorum admissione parochi
auctoritate Ordinarij reseruarūt sibi qua-
tam anniuersariorū, ne ex admissione be-
neficiorum detrimentū in emolumētis
sentirent: nā vt constat ex cap. 3. de vita &
honestat. Cler. Parochus solū tenetur vnum
Clericum admittere, vt illum adiuuet ad
cantandum, & ad celebrandum diuina
& Trident. sess. 21. cap. 4. disponit, si po-
pulus est numerosus, vt adhibeat tot Sa-
cerdotes, quot sunt necessarij pro Sacra-
mentorū administratione, vt iofra cap. seq.
Etenim cederet in maximū Parochorum
præiuditiū, si tot beneficiarios admiteret,
sine reservatione quartæ: ac proinde me-
rito, iure nostro Valentino cautum est, vt
in divisione distributionum pro anniuer-
sario, quæ sit inter Clericos interessentes
reserueretur quarta pars pro Parocho, modo
vt sup. n. 12. vt aliquo modo reficiatur dā-
nū, quod ex admissione tot beneficiario-
tū ad sua percacia, & emolumēta patitur.

Qui quidem fūsus, seu ratio, & si expresse
non habeatur in nostra synodo; præsu-
mendum tamen est, talem fuisse mentem
eorum, qui à principio hanc quartam con-
stituerunt: est enim tam antiqua, ut eius
memoria non extet, nec in synodo repe-
ritur locus, vbi constituatur de novo; nam
in dicto decreto synodi de ann. 1599. sup-
ponitur huius quartæ solutio tanquam res
certa, ac indubitata, antiquissima, ac de
iure debita.

14 Quod si iterum obijcias, iura supra-
citata & diximus hoc cap. dub. s. solum dis-
ponere, ut quarta soluatur ex legatis, &
funerarijs factis Ecclesiæ, vbi quis relicta
propria sepelitur, vt patet toto tit. de se-
pu't. & Clementina Dudum cod. tit. Res-
pondeo, & si iura ita expresse disponant;
non tamen prohibent ne ex relictis Ec-
clesiæ in qua sepelitur detrahatur quarta,
seu aliqua portio pro Parocho; quare ta-
lis solutio non est contra, sed præter ius,
consequenter rationabiliter potuit assig-
nari talis quarta solutio, aut cōsuetudine
intro-

introduci, cui maximē fauet, cap. Certificari de sepult. & cōmanis consensus Doctorum ad quem introducendam , cum non sit contra ius, sufficiunt decem anni, ut dictum est hoc *cap. dub. 4.* Quid quod, hæc quarta anniuersariorum non detrahitur ex sorte, seu mālla legati, sed ex cius fructibus pensione, seu distributionibus; ideo manet legatum integrum, similiter, & iuris communis dispositio. Etenim si canonica portio non detraheretur in hac Dicēcesi ex funerarijs factis in propria Ecclesia modo, ut in *num. 12.* aut ex anniuersarijs, seu ex distributionibus eorum , ut dictum est *num. cit.* omnino Parochi defraudarentur canonica portione: nam de legatis alteri Ecclesiæ factis, non soluitur quarta, quia hæc abiit in diſuetudinē: nec soluitur de legatis factis in monasterijs, quia sunt per sua priuilegia exempta , ut dictum est hoc *cap. dub. 3.* ergo ritè soluitur de funerarijs in propria, & anniuersarijs ibi celebratis,iusteque signata est & determinata per cōſtitutiones synodales.

15 Nota tamē pro complemento huius dictis D.D. Fr. Isidorum Aliaga Archiep. Valent. in synod. an. 1631. c. 80. statuisse, ut deinceps Parochi absq; ipsius licentia in scriptis, vllum prætextu licentiarum admittant ad petendā eleemosynā: & ut ex collectis eleemosynis, quarta pars parochiali Ecclesiae illius loci, ubi fuerint collectæ tribuatur: exceptis tamē factis pro Hospitali gñli Valentiae & pro christianis redimēdis, & pro domibus Dñæ nřx Virginis Mariæ del Puig, & pro pueris, quos vocat, S. Vincentij, & cæteris eleemosynis, quæ virtute alicuius indulti Apostolici, à dictæ quartæ solutione fuerint immunes, & Religiosi, aut Religiosæ Mendicantes.

16 Sed quæres, an possit Parochus renuntiare quartæ sibi debitæ de iure cōmu- ni, vel synodali, seu cōsuetudine legitimæ approbatæ. Respondeo negatiū; quia ut docet Archid. cap. *Pactū de pactis*, lib. 6. pa- ctū, in quo damnificatur Ecclesia, non valet; at per tale pactū damnificantur Eccle- siæ, & parochorum successores; ergo tale pactum

pactum, & renuntiatio nō valet. Et ita in terminis tenent Angel. verb. Canon. portio n. 6. Syl. eod. verb. n. 3. concessio enim canonice portionis non solū cedit in utilitate solius Parochi, ut talis persona est, sed potius est beneficiū, & fauor Ecclesiarū parochialium, & eorū Parochorū, ita ut sit fauor nō personæ, sed status: & sicut Clericus nō potest renuntiare priuilegio fori, quia non personæ tantum, sed potius statui est concessum; sic nec Parochus poterit renuntiare beneficio canonice portionis; quia nō personæ, ut talis est, sed Ecclesiæ & statui Parochorū, est concessum.

C A P V T XIV.

De ultimo iure Parochi.

D V B I V M V N I C V M.

In quo ius hoc consistat.

S V M M A R I V M.

DE essentia parochialis est quod tantum habeat unum Rectorem seu Parochum, num. I.

*Q*nnia iura quæ pertinent ad Ecclesiam Parochialem pertinent etiam ad Parochum, num 2.

Parochus tenetur habere alium clericum, ut illa adiuvet, num. 3. Et Episcopus si populus est numerosus potest illam ad id compellere, ibid.

Ecclesia fundari non debet nisi habeat dotem competentem pro duobus clericis, num. 3.

Episcopus quanto populus est numerosus potest iuxta Trident. potest cegere Rectorem, ut sibi assistat coadiutores ad Sacraenta ministranda, numer. 4.

Episcopus quando possit nouas Parochias erigere, seu desin mbrare, num. 5.

Rector an possit sibi asciscere Vicarium temporalem, num. 4.

I **V**ltimum ius, seu qualitas ac conditio constitutens Ecclesiam Parochiale est, quod solum habeat unum pastorem Parochum, Presbyterum, seu Rectorem, quæ qualitas, ut dictum est cap. 1. non solum necessaria, sed omnino essentialis est, ita quod si duo præficiantur, iam non sit Ecclesia parochialis, ut latè probat Gonzales super 8. regu. Cancell. gloss. 6. nu. 42. usq; ad num. 47. Gomesio in regula de idio-

idiomate, q. 11. Felino in cap. In ratione, n.
10 corollario prope finem, verb. *Vt scias, de
rescript. & Barbosa de off. & potest. Parochi,*
cap. I. num. 43. & deducitur aperte ex cap.
*Sicut unaqueq; 2 r. quæst. 1. ibi: Sed vnum
tantum habeat Rectorem, qui illam castè, &
sincerè regat. Quia sicut vna mulier non
potest duos, vei plures sponsos habere*
*cap. I. de sponsa duorum: nec vnum cōrpus
duo capita, quia esset monstruū, cap. Quia
plerisque de off. Ordinarij; sic nec Ecclesia
duos, aut plures Parochos, cap. Cum igno-
res de præb. ita etiam Filescus de origine
Parochiarum, cap. 4. circa finem verb. Verum
enim vero, vbi id probat ex varijs Conciliorum
authoritatibus. Ex quo sit, quod
quando Ecclesia collegiata habet curam
animatorum, talis cura non possit spectare
ad singulos canonicos illius, sed ad totum
collegium, seu capitulum, vnam personam
Rectoris representans. Obijdg; Concil.
Trident. sess. 24. cap. 17 mandat Episcopis
ut diuidant non diuisas Parochias, pecu-
liaremque Parochum assignent, qui oues
cog.*

cognoscere valeat, & a quo solo Sacramenta suscipiant.

2 Cum ergo ad constitutionem parochialis Ecclesiae de essentia sit, ut unum tantum habeat Rectorem, consequenter sit, ut omnia iura, quae pertinent ad Parochiam, pertineant etiam ad Parochum; illumque in Parochi, & Rectoris esse constituant. Vnde ad Parochum pertinet primo Sacramentorum administratio regulariter loquendo, modo supra in singulis explicato. Secundo, ut populus sibi subiectus in sua Ecclesia Baptismum suscipiat. Tertio, ut quisque semel in anno sua peccata confiteatur. Quarto, ut Santissimum Christi Domini corpus quotannis ab eo accipiat. Quinto, ut debito tempore Extremamunctionem suscipiat. Sexto, ut Matrimonio, & nuptijs suorum assistat. Septimo, ut suos parochianos in sua Ecclesia sepeliat. Octavo, ut sui in sua Parochia diebus festis Missam audiant. Nono, ut decimarum fructus a suis ipse percipiatur. Decimo, similiter ut fructus primitiarum ipse a suis expostuleret. Undecimo,

cimo, itidē & oblationes, quæ fiunt intra ambitū suæ Parochiæ ipse percipiāt. Duodecimo, ut ipsi canonica portio, seu quarta de funerarijs, seu legatis ratione sepulturæ soluatur, modo in horum omnium singulis suo loco explicato.

3 Aduertendum tamen primo in cap. *Vt quisque 3. de vita & honestate Cler.* dispositum, & statutum esse, ut quisque Presbyter, qui plebem regit, Clericum habeat, qui secum cantet, & Epistolam, & Lectiōnem legat, & qui possit scholas tenere, & admonere suos parochianos, ut filios suos ad fidem discendam mittant ad Ecclesiam, quos ipse cum omni castitate erudit. Ex quo colligit Gloss. quod duo ad minus debent esse in Ecclesia; & quod solus Presbyter non debet divina celebrare, & quod Ecclesia nō debet dedicare, nisi duos ad minus sufficiat pro duobus clericis 1. q. 2. cap. Placuit, & de consecrat. d. 1. cap. Nemo, & in cap. Cum sicut, de consecrat. Eccles. vel Altar. in glossa Nec etiam, quam vide, & Abb. in dict. cap. *Vt quisque,*
qui

qui in cap. Dudum 16. de præsumpt. num. 2. tenet, quod Rector Ecclesiæ, non solum debet habere Clericum iuxta dispositio- nem, dict. cap. Vt quisque, sed etiam potest compelli, ut illum suscipiat in titulum Ec- clesiæ suæ, vel sic ceoſeatur uti beneficia- rius frater, & socius quod, & bene limitat. **Gloss.** in d. cap. Dudum, verb. Sufficiant. Si facultates Ecclesiæ pro omnibus sufficiunt, quod probare tenetur ille, qui dicit, non sufficere, ostendendo redditus Ecclesiæ, vi. de Riccium decis. 350. n. 2. Fuscum lib. 2. de viſit. Eccles. cap. 2. n. 23. Zerolam in praxi p. 2. verb. Parochus, verb. ad septimū, Cenedo collectanea 6 3. vbi citat multos circa quod etiam vide declarationem Cardinalium, in d. cap. Trid. tenoris ſequentis. Episco- pus, ob multitudinem populi, potest com- pellere Rectorem ad ſibi adiungendos alios Sacerdotes pro Missis, atque alijs Officijs diuinis celebrandis, aut Sacra- mentis adminiſtrandis, cum moderamine tamen multitudinis Missarum, ne omittas Fileſacum de orig. Parœciarum cap. 4. sub finem

finem, §. Verū enim vero, ubi ait, si Ecclesia parochialis satis amplos haberet redditus, cogebatur Presbyter Parœcus aliquot saltē Clericos sibi asciscere, qui illum in Officijs adiuuarent: sic enim statutum est in Concil. Emeritensi, cap. 18. statuit hæc sancta Synodus ut omnes parochiani Presbyteri, iuxta ut in rebus sibi adeo creditis sentiunt habere virtutem, de Ecclesiæ suæ familia, Clericos sibi faciant, quos per bonā voluntatem ita nutriant, ut Officiū sanctum digne peragant, & ad seruitium suum aptos eos habeant: ij etiam victimum, & vestitum dispensatione Presbyteri me rebuantur, & domino, & Presbytero suo, atq; utilitati Ecclesiæ fideles esse debent. Ita Concil. ubi Filescus, & bene, aduertit Domini vocem Parœco attributam, nō tam pro imperij erga Clericos auctoritate, quam dignitatis, & veneracionis gratia explicandum, esse censerem. Idem probat ex Concil. Nannensi in cap. Vt quisque cit. & alijs Concilijs, quæ ibi vide.

4 Aduertendum secundo, nouissimè
per

per Trid. sess. 21. cap. 4. statutum esse posse
 Episcopos tanquam Sedis Apostolicæ de-
 legatos, quando populus est numerosus,
 ut unus Rector non possit sufficere Sacra
 mentis ministrandis, & diuino cultui per-
 agendo, cogere Rectores, vel alios ad quos
 pertinet, ut sibi tot Sacerdotes adiungat,
 ad hoc munus, quod sufficient ad Sacra
 menta exhibenda, & cultum diuinum cele-
 brandum. Vbi Concilii loquitur, quando
 populus est numerosus, & vaitus & conti-
 nuus, siue cōtiguus: nā de populo dissito,
 seu diuiso in partes inter se valde distan-
 tes loquitur, §. seq. quod defumpsit ex
 cap. Ex temporis 16. q. 1. & cap. fin. de Eccles.
 ædif. & nota Concil. illis verbis: Quod Re-
ctores adiungant sibi ministros necessarios.
 Innere posse Rectores propria auctori-
 tate assumere sibi Vicarios temporales,
 dummodo sint ab Ordinario approbati.
 Pro quo facit declaratio Cardinalium,
 quæ super eodem cap. adducitur, his ver-
 bis: Parochus potest sibi alium Presbyte-
rū, ad Curam animarum adiutorem acci-
pere

pere modo sit ab Ordinario approbatus, vide
Syl. verb. Excomm. ex comm. 14. quæst. 12.
& infra cap. 15. dub. 8.

5 Addit Tridentinum ubi supra: In ijs
verò parochijs in quibus ob locorum distan-
tiam siue difficultatem parochiani sine mag-
no incommodo ad percipienda Sacramenta,
& diuina Officia audienda accedere non
possunt, nouas Parochias, etiam in uitis Re-
ctoribus, iuxta formam constitutionis Alex.
III. quæ incipit, cap. Ad audientiam in lib. 3.
decretal. tit. 48. de Ecclesijs ædif. ipsos tan-
quam Sedis Apostolicæ delegatos, con-
stituere posse, assignata congruenti por-
tione Presbyteris, qui nouis parochijs
præficiuntur, eiusdem Episcopi arbitrio,
ex fructibus ad Ecclesiam Matricē quo-
modocumque pertinentibus; & si necesse
sit, compellere populum possit, ea submi-
nistrire, quæ sufficiant ad vitam dicto-
rum Sacerdotum sustentandam. Vbi no-
ta, ut nouæ Ecclesiæ erexitio valeat, de-
beri Ieruari dispositionem dicti cap. Ad
audientiam: nam Tridentinum dicit,
juxta

iuxta formam capit is Ad audientiam. Se-
cundo antequam noua parochia erigatur
opportet primum, ut remedio declarato
huius capit is Tridentini; ita ut si possit
succurri necessitat i parochianorum, per
constitutionem Capellanis, vel Vicarij
temporalis, nō erigatur vicaria perpetua;
iuxta declarationem Cardinalium sequen-
tem. Ad succurrendum autem parochia-
nis foris habitatibus, ut supra dictum est,
erigatur una capellania extra Civitatem,
quæ non sit Ecclesia per se, sed in potesta-
te Matricis Ecclesiæ, in qua ponatur Sa-
cerdos amouibilis approbatus ab Ordina-
rio, qui administret Sacra menta illis, qui
sunt extra Civitatem, ad quos non est ac-
cessus ex vrbe de nocte, quia portæ Ciui-
tatis clauduntur. Quæ declaratio circon-
fertur in eod. cap. Trident. de hac materia
vide Abb. *in dict. cap. Ad audientiam,* &
Doctores quos citat Barbosa in remissio-
nibus ad Trident. sess. 21. cap. 4.

& infra cap. 15.

dub. 2.

C A P.



CAPVT VLTIMVM.

*De Vicarijs perpetuis, &
temporalibus.*

DVBIVM PRIMVM.

Quid & quotplex sit Vicaria.

SUMMARIVM.

VICARIVS ijs dicitur qui alterius vices gerit, & in loco illius sufficiunt, num. 1.

Summus Pontifex dicitur Vicarius Christi, num. 1.
habet Romæ suum Vicarium, ibid.

Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi late dicuntur
Vicarij Papæ, nu. 2. ij habent suos Vicarios ge-
nerales, & foraneos.

Doctores qui agunt de Vicarijs generalibus, & fo-
raneis Episcoporum, num. 3.

Vicarij Parochorum alijs sunt perpetui, alijs vero
temporales, num. 3.

1 **V**ICARIUS generaliter; & communiter loquendo ijs dicitur, qui alterius vices gerit, vel qui in eius loco est subrogatus, *i.e.* Vicarius, *ff. de legationib.* vnde in *Codice habemus, titul. de off. Vicarij,* vbi agitur de Vicarijs magistrorum, & militum: similiter in iure Canonicō. Latissimè ergo omnis qui alterius vices gerit, & in locum illius sufficitur Vicarius nuncupatur. Ita Azor *2. tom. lib. 3. quæst. 1. Gonzales in 8. regulam cancell. gloss. 5. §. 3. num. 2.*

2 Iure autem canonico multipliciter dicitur: nam incipiendo à capite, *Summ⁹ Pontifex dicitur Vicarius Christi Domini, prout etiam fuit D. Petrus, cap. Quanto;* *cap. Inter corporalia de translat. Episcopi,* *cap. Vbi periculum, §. Cæterum de elect. in 6.* Deinde Romanus Pontifex quamuis sit sumus Ecclesiæ Pastor, & Christi Domini Vicarius, tanquam urbis tamen Episcopus habet suum Romæ Vicarium, de quo loquitur textus in *cap. Sua nobis, de officio Vicarij,* & latro saltē modo omnes Patriarchæ,

chæ, Archiepiscopi, & Episcopi dicuntur
vicarij Papæ. Selua de benef. 2. part. quæst.
1. num. 2. Gonzales sup. num. 6.

3 Item dantur Vicarij Patriarcharum,
Archiepiscoporum, Episcoporum, & alio-
rum Prælatorū, de quibus loquuntur cap.
1. 2. & 3. de off. Vicarij in 6. cap. 2. de con-
suet. eodem lib. qui etiam Officiales appel-
lantur, cap. fin. de off. Vic. in 6. vbi Officialis,
aut Vicarius generalis Episcopi, de qui-
bus latè Rebus. in praxi tit. de forma vi-
cariatus, nu. 242. Azor 2. tom. lib. 3. cap. 43.
44. 45. & 46. Garcia de benef. per varia
capita, Barbosa de off. & potest. Episcopi &
lib. de iure uniuerso, & in tract. de Canonis-
cis & dignitatibus cap. 42. vbi agit de vi-
cario capituli.

Dantur etiam alij vicarij inferiores pe-
danei, seu foranei nominati de quibus in
Clementina 2. & ibi Gloss. verb. Foraneo,
de' rescript. Mohedanus decis. 5. ac appellat.
& DD. citati.

Denique in beneficijs parochialibus,
seu curatis constituantur Vicarij ad cu-

ram animarum legendam, ex quibus alij dicuntur, & sunt vicarij perpetui: alij vero vicarij temporales, seu amovibiles. Vicarius perpetuus est ille qui ab Episcopo ad ipsius vicarij vitam est constitutus: temporalis vero vicarius, seu amovibilis ille dicitur, qui ad tempus, & ad nutum constituentis constituitur & amouetur. In hoc autem opusculo solum agemus de Vicario perpetuo, & temporali cura animarum habente. Et primo de Vicario perpetuo.

D V B I V M II.

A quo, in qua Ecclesia, & quibus de causis possit Vicarius perpetuus constitui.

S V M M A R I V M.

Vicarius perpetuus quis, num. 2.

*Vicarius perpetuus a quo, quando, & quomo-
do instituendus, num. 2.*

*Vicarius perpetuus habet Curam animarum suae
Vicariae, & non Parochus cui vicaria perpetua
est anexa, num. 3.*

Rector

Rector non potest Sacra menta ministrare in Vicaria
perpetua sibi anexa, ibidem.

1 **D**E Vicario perpetuo agitur capite
Extirpandæ, §. Qui vero, de præb.
cap. 1. de Capell. Monach. Clement. unica de
offic. Vicarii, & Textus in cap. 1. 2. 3. & 4.
cap. fin. de off. Vicarij, & latè Rebūf. in pra
xi iit. de Vicaria perpetua, per totum.

2 Perpetuus autem Vicarius is dicitur
qui Episcopi auctoritate, & canonica ele
ctione electus parochiali Ecclesiæ consti
tuitur, & quæ certa ex annuis prouëtibus
Ecclesiæ portio assignatur, tanquā laboris
merces, iuxta ea quæ habentur in d. cap.
Extirpandæ, & in cap. Ad hæc de off. Vic
arij, & Gloss. in cap. Ex parte, eodem iit. in
verb. Perpetuos Vicarios, Abb. in cap. Postu
las de rescript. Hunc ergo vicarium non
potest sine Episcopi auctoritate, & mune
re remouere, nec assignatam ei portionem
ei minuere Rector, qui in beneficio, &
Ecclesia parochiali præcedit, ex d. cap. Ad
hæc de off. Vic & c. 1. de capell. Monach. in 6.

3 Dico igitur, Episcopi auctoritate esse
constituendum Vicarium perpetuum, &
in Ecclesia parochiali, quories beneficiū
aliquod parochiale curā animarū habens
alicui alteri Ecclesiæ, vel Collegio Cano-
nicorum, vel Seminario Clericorum, vel
alteri loco pietatis causa exticto, & fu-
dato, vel dignitati, vel præbendæ fuerit
annexum, *cap. Extirpandæ, §. Qui vero, de*
præben. Item quando in parochia capella
constituitur, eo quod populus parochiæ
subiectus sit magnus, & parochiā conue-
nire non potest; tunc enim solet auctori-
tate Episcopi capella ædificari, & in ea
constitui Vicarius perpetuus, iuxta ea quæ
habentur *in cap. Ad audientiam de Eccles.*
ædif. & disponit Trident. less. 21. cap. 4. in
hoc ergo casu ex beneficio principali de-
trahitur iusta, & idonea portio ad com-
modum Vicarij perpetui sustentationē,
ex dict. cap. Extirpandæ, §. Qui vero, cap. Ad
hac de off. Vicarij. Et merito quidem, quia
ijs, qui habet vicariam perpetuam sibi an-
nexam, sit immunis à cura animarum, &

ab

ab obligatione, & præcepto inseruendi,
& residendi in vicaria perpetua ei anne-
xa, vel de nouo in sua parochia erecta, &
tale onus, ac cura in Vicarium perpetuum
transfertur, qui ideo instituitur, ut curam
animatorum habeat, ac eam Ecclesiam ad-
ministret, ut insinuatur in cap. i. de præb. in
6. & cap. i. de Capell. Monach. eo. lib. & cap.
Extirpandæ, §. *Qui vero de præben.* Vnde
cura animatorum vicariæ perpetuæ non
apud Rectorem Ecclesiæ principalis, sed
apud Vicarium perpetuum residet; ideo-
que Rector Sacra menta non debet, ne-
que conferre potest in vicaria perpetua
sibi annexa. Ita Azor 2. tom. lib. 3. cap. 6. q. 2.
§. *Quæret aliquis, in fine, ex Abb. in dict.*
cap. Extirpandæ, §. *Qui vero, n. 6. de præb.*
& cum alijs Barbosa de off. & potest.

*Parochi cap. i. à nu-
mer. 53.*

D V B I V M III.

An Vicarius perpetuus habeat beneficium Ecclesiasticum, seu an Vicaria perpetua sit beneficium Ecclesiasticum.

S V M M A R I V M.

Vicaria perpetua est verum beneficium curatum, num. 1.

Vicarius perpetuus remanet mortuo Rectore, ibid.

Vicarius perpetuus an dici possit Rector. n. 2.

Rector principalis an possit exercere suam iurisdictionem in Vicaria perpetua sibi adnexa, n. 2.

I **C**onclusio est affirmans, & probatur ex cap. Perpetuus de fide instrumentorum, cap. Postulasti de rescript. cap. Ad haec de off. Vicarij, & Clement. unica eo. tit. & ita tenent Abb. in dict. cap. Postulasti, Azor 2. tom. lib. 3. cap. 6. quest. 5. Gonzales sup. 8. regul. Cancell. gloss. 5. §. 3. num. 19. Gomez in regul. de idiomate, quest. 11. num. 2. & alij quos Gonzales & dixi sup. cap. 1. verbo Ex dictis, & tenentes cum alijs Barbosa de offic.

offic. & potest. Parochi, cap. 1. nū. 56. Et confirmatur, quia Vicarij perpetui habent verum titulum cap. Ad hæc. cit. & ibi Abb. & Gloss. in dict. Clement. de off. Vic. ex quo sit, ut iura omnia loquentia de beneficijs curatis circa vocationem per asecutionem, & per non promotionem, & de corum astate, locum habeant in huiusmodi Vicarijs perpetuis, ita Azor sup. quæst. 2. Gonzales sup. num. 20. & 21. ex dict. Clement. 2. de off. Vicarij. Probatur etiam, quia Vicarius perpetuus non potest remoueri, etiam si principalis Rector moriatur, ut habetur in dict. cap. Ad hæc, de off. Vic. Gonzales ubi sup. cum alijs num. 22. Item quia sicut vicarius Episcopi non potest conferre beneficium sine speciali facultate, cap. fin de off. Vicarij in 6. ita nec potest conferre vicariam perpetuam, nec illum erigere, Gonzales sup. num. 25.

2. Sed quæres, an Vicarius perpetuus sit Rector. Respondeo propriè, & in rigore non esse Rectorem, sed Vicarium perpetuum Rectoris principalis, ita Gonzales

les sup. n. 23. ex Vitalino in dict. Clement.
de off. Vicarij, Barbosa cum alijs sup. num.
55. & supponit Azor lib. 3. cap. 6. quæst. 2.
colligitur ex Trident. sess. 21. cap. 4. & ex
cap. Ad audientiam de Eccles. ædif. vbi il-
lum non Rectorem, sed Presbyterum no-
minat, & confirmat praxis nostræ Dicece-
sis, & etiam Dertusen, vbi talis non voca-
tur Rector, sed Vicarius perpetuus, colli-
gitur etiam aperte ex cap. Ex parte ; de
offi. Vicarij, & cap. Extirpandæ, §. Qui ve-
ro, de præb. & confirmat Pius Quintus in
sua constit. quæ incipit, ad exe quendū, tom.
2. Bullarij pag. mibi 243. vbi semper hunc
vocat Vicarium perpetuum, & non Recto-
rem. Etenim quamvis cura animarum ac-
tualis auferatur Rector principali, & trās-
feratur in Vicarium perpetuum, ut sit in
praxi, & docet Nauar. consil. 21. num. 7. de
Clericis non resident. In habitu tamen resi-
det cura penes Rectorem, idem Nauar.
supra num. 8. Azor sup. quæst. 2. §. Quærat
aliquis, Gonzales loco citat. num. 23. & 24.
Barbosa supra numer. 53. late Abb. in cap.

Ex-

*Extirpandæ, §. Qui vero, num. 15. viden-
dus, vide etiam illius additionatorem in
cap. Quoniam, ne Prælati vices el 2, lit. B.
vbi citat Glossam in cap. Super eo de præba
in 6 in verbo Annexa, vbi dicit: Rectorem
posse exercere iurisdictionem spiritua-
lem in Vicarium perpetuum, eum excom
municando, quod limitat & bene Gloss.
marginalis ibidem habere, scilicet iuri-
dictionem in habitu, ut cum Nau. & Bar-
bosa dictum est; non vero in actu, quod
est iure conformius, & tenendum, nisi
aliud legitima consuetudo introduxerit.
Vide sup. cap. 2. num. 10.*

D V B I V M III.

*An Vicarius perpetuus habeat ius percipiendi
decimas.*

S V M M A R I V M.

Vicarius perpetuus multum ius habet ad deci-
mas seu primitias si in unctione vicariæ ei est
affigū

- assignata certa portio, nu. 1. si non est assignata solum habet ius ad decimas pro sua sustentatione, num 2 quid si nullus ad esset Rector, ibid.
- Vicarius perpetuus sic debet honorari in loco, & alijs, sicut ijs cuius vices gerit, num. 3.*
- Regula de idiomate habet locum in Vicario perpetuo, num. 4. item regula de annali, num. 5.*
- Iura omnia (præter decimas) parochialia compertunt Vicario perpetno, num. 6.*
- Vicarius perpetuus tenetur subiectionem præstare Matrici, num. 6.*
- Vicarius perpetuus non potest alium substituere, num. 7. an temporalem, ibid.*

Ilco primo, si in unctione vicariæ perpetuæ intercessit translatio, & compositio inter vicarium perpetuum, & Rectorem Ecclesiæ Matricis, seu Baptismalis, ut omnes decimæ & primitiæ cedant Rectorem Matricis, & ex alia parte prouisum sit commode sustentationi vicarij perpetui, tunc vicarius perpetuus nullum ius habet ad decimas, seu primicias, sed solum ad illam partem suæ sustentationi assignatā, quod tanquam certum supponunt DD. & latè docet Suarez lib.

3. de Relig. cap. 24. num. 4. & ego ipse dixi
cum illo in Decalogo lib. 3 cap. 3. dub. 8. n.
7. vide ibi. Dubium procedit quando de
tali translatione non constat.

2 Dico secundo, Vicarius perpetuus
de iure communī solum habet fundatam
intentionē in iure percipiendi decimas,
& iure parochialia pro sua sustentatione
congrua assignata in vicariæ perpetuæ cō
stitutione, & erectione, ut tenet Rota de
cīs. 5. de off. Vicarij in antiquis, & alijs quos
Gonzales super 8. regulam Cancell. gloss. 5.
§. 3. num. 26. cum alijs. In reliquis autem
decimis habet Rector fundatam suam in
tentionem, seu ijs cui est beneficium vni
tum Cardinalis in Clementina fin. ad fi
nem de decimis, & alijs quos Gonzales
sup. 27. Quod si nullus adesset Rector, nec
appareret de vniione, tunc Vicarius per
petuus fundatam habet de iure commu
ni intentionem quoad decimas, seu pri
mitias omnes tales vicariæ. Ita Rebus. &
quos Gonzales sup. num. 28.

3 Ex his collige primo cum Gonzales
sup.

sup. num. 28. & seqq. Quod vicarius perpetuus sic debet honorari in loco, & alijs, sicut ijs cuius vices gerit, *cap. Præcipimus distinct. 93.* & per textum in dict. Clement. unica.

4 Secundo, quod regula de idiomate habet locum in Vicario perpetuo, ut latè Gomez in regula de idiomate, quæstio-
ne II.

5 Tertio, quod regula de annali habet etiam locum in vicario perpetuo, ut latè Mandosius in regul. 33. de annali, quæst. 13. per totam, quod procedit, & locum habet siue vocetur vicarius, siue curatus, siue Rector, siue alio quo vis nomine, ut ad-
vertit Gonzales *sup. num. 32.* cum Rebufo de congrua, *num. 112.*

6 Colligitur 2. ut omnia quæ dicta sunt de iuribus parochialibus possint accomo-
dari proportionabiliter vicario perpe-
tuo, exceptis decimis modo proximè ex-
plicato, in hoc dubio. Ratio est, quia vi-
carius perpetuus habet titulum, & bene-
ficium curatum, ac parochiale, ut proba-
rum

rum est dub. 3. excepto etiam iure subiectionis Rectori principali debito: etenim Vicarius perpetuus tenetur aliquid praestare Rectori principali, seu Matrici in signum subiectionis, ut disponit expresse cap. *Ad audientiam de Ecclesijs ædif. &c confirmat Tridentin.* less. 21. cap. 4. Quod maximè procedit in vicarijs, quæ de novo in parochiali habente populum numerosum eriguntur ex dict. cap. *Ad audientiam & Tridentin.* apperte constat. Sic vicarius perpetuus loci de Benimaclet Rectori principali seu Matricis sancti Stephani singulis annis iofesto Purificationis Beatæ Mariæ semper Virginis soluit unum cereum ceræ albæ ponderis unius librae in signum supradictæ subiectionis.

7 Sed quæreris, an Vicarius perpetuus possit aliud vicarium sibi subrogare. Respondeo, tanquam certum non posse sibi aliud Vicarium perpetuum substituere, ut late Abb. in cap. *Clerices, de offic. Vicar.* num. 2. Vicarius namque perpetuus, ut supradictum est, & latius infra, nō potest

potest sine Episcopi auctoritate institui.
 Poterit tamen vicarium temporalem sibi
 sustituere, ut docet Abb. *sup.* modo id fa-
 ciat magna ex causa impeditus, & ad mo-
 dicum tempus, puta ad unam hebdoma-
 dam vel duas, quia modicem in iure pro-
 nihilo reputatur, & dummodo raro subs-
 tituat *Azot* *to.z.lib.3.cap.6.quest.10.* Hoc
 autem intellige, modo quo infra dicetur
 de Parocho respectu Vicarij temporalis.

D V B I V M V.

*A quo debeat fieri præsentatio & institutio Vicarij
 perpetui.*

S V M M A R I V M.

Patronatus vicariæ perpetuæ spectat ad Recto-
 rem principalem si patronus sit laicus præsen-
 tat quem voluerit: si Ecclesiasticus, si vacat in
 mense non reseruato, nominat duos aut tres quos
 examinat Ordinarius, & ex illis patronus eligit
 quem voluerit. Si in mense reseruato patronus
 non nominat, sed Episcopus præmisso concursu,
 num. 1.

Concur;

*Concursus an requiratur in vicaria perpetua, nū. 2.
Vicaria perpetua quando, & quomodo erigenda,
num. 3.*

DE hac re latè Gonzales in 8. regulam Cancell. gloss. s. à num. 19. & 48. & Garciam p. 5. de benef. cap. 1. & p. 9. cap. 2. a num. 285. Vbi etiam explicant, an hæc vicaria comprehendatur in referuatione dictæ regulæ octauæ, & an ad huius prouisionem requiratur concursus à Tridentino statutis, pro præxi tamen sufficiat nobis scire. Primo patronatum vicariæ perpetuæ spectare ad Rectorem principalem, cap. Ad audientiam de Eccles. ædif. Pius Quintus in constit. 47. ann. 1567. quæ incipit Ad exequendum, pag. mibi 243. tom. 2. Secundo si patronatus sit laicalis, ipse præsentat quem voluerit, & Ordinarius approbat, & instituit; si autem sit Ecclesiasticus, & vicaria vacat in mensē non referuato Papæ, ut sunt Martius, Iunius, September, & December, patronus nominat duos, aut tres, quos Episcopus examinat,

& postea ex approbatis ab illo eligit pa-
tronus quem voluerit. Quod si vaccat
in mense referuato, tuus patronus Eccle-
siasticus non potest præsentare, aut nomi-
nare, sed Episcopus prætentat, aut nomi-
nat præmisso concursu, sicut sit in Recto-
ris vacantibus in mense referuato, & eli-
git digniorem, qui expeditis litteris, seu
bullis Apostolicis accipit à Papa institu-
tionem, seu collationem.

2 An autem concursus fieri debeat in
Vicarijs perpetuis tractat Garcia *sup. dict.*
cap. 9. a num. 284. usque ad 297. vbi abso-
lutè tenet, in Vicarijs alicui beneficio,
vel loco vnitis, non requirit concursum:
bene verò, si vicaria perpetua nulli loco,
vel beneficio sit vnota, sed est parochia-
lis de per se, de quo vide etiam Barbo-
sam *de offic.* & potestate Episcopi, allegat.
60. numer. 3. & de offic. & potestat. Parochi
cap. 2. num. 20. & in collectaneis super Tri-
dentinum sess. 24. cap. 18. numer. 7. & 11.
Gonzales ubi supra num. 54. & Bellarmi-
nus in declarattenibus super Tridentinum
sess.

sess. 14. cap. 18. vbi refert sequentem declarationem Cardinalium : Congregatio censuit Vicarios perpetuos in parochialibus unitis non esse praevio concursu instituendos, die 18. ann. 1594.

3. *Quomodo autem erigenda sit vicaria perpetua, vide sup. cap. 14. vbi de ultimo iure Parochi in fine verb. Addit, & in Decalogo lib. 3. cap. 3. dub. 7. numer. 7. vide etiam cap. Ad audientiam el. 1. de Eccles. edif. Concil. Tridentin. sess. 21. cap. 4. de reformat. vbi prescribit fermam erigendi vicarias, Abb. in dict. cap. Ad audientiam, Zerolam in sua praxi, part. 1. verb. Parochia §. 6. Azor tom. 2. lib. 3. cap. 12. quæst. 7. Franciscum Leo. in thesauro fori Ecclesiastici, part. 2. cap. 2. numer. 68, Riccium in praxi fori Ecclesiastici decis. 554. & alios quos Barbosa de off. & potest. Episcopi allegat. 68. qui cum Riccio resolut. uit, non licere nouam separationem, seu erectionem, si in loco minimè difficult, nec immo modo Oratorium adesset, vel Capella cū fonte baptismali, & cæteris ad*

parœciam necessarijs, vbiique proponeret
in sui adiutoriorum, Sacerdotem qui ibi re-
sideret, & Sacra menta posset administra-
re, citant Costam, & Meochium, & fauet
apperte declaratio Cardin. in sess. 21. cap.
4. Trident. vbi dicit, in hoc casu ponendū
Vicarium temporalem, non verò perpe-
tuū, ut dictum est sup. cap. vlt. de ultim.
iure Parochi in fine verb. Addit Trident.
vide etiam bullam Pij Quinti quæ incipit
Ad exequendum to. 2. pag. 243. in meis, vbi
etiam statuit portionem assignandam Vic-
ario perpetuo non debere esse minus,
quam quinquaginta, nec magis quam
centum scuta.

D V B I V M VI.

*Quibus de causis soleat Vicarius temporalis
constitui.*

S V M M A R I V M.

VIcarius temporalis ijs dicitur qui ad tempus
constituitur, num. 1.

Vica-

Vicarius temporalis ex multis causis constituitur,
num. 2.

Consuetudo apponendi Vicarium multus operatur,
num. 3.

1 **S**uppone Vicarium temporalem dici eum qui ad tempus, vel ad voluntatem constituentis constituitur, & ad nutum ipsius constituentis renocari potest. Azor 2. tom. lib. 3. cap. 6. quest. 1. in fine. Gonzales in 8. regula Cancellarie gloss. s. num. 12.

2 Respondeo igitur Vicarium temporale ex multis causis constitui, de quibus Azor sup. quest. 3. & Gonzales loco citat. num. 12. Prima est, quando quis habet duas parochiales & que principaliter vnitas: tunc enim unus curatus est utriusque, qui non tenetur constituere in altera Vicarium perpetuum, sed sufficit ad tempus, videlicet, quando illi non vult ipse inseruire colligitur ex cap. Temporis 16. quest. 1. & cap. 1. ne sede vac. & tenent Azor sup. quest. 3. Gonzales dicit. nam. 12.

cum Rebufo & alijs. Secundo, quando
venit beneficium simplex : tunc enim
Vicarius non perpetuus , sed temporalis
solet constitui , *Glossa in verbo Parochia-*
lum, & ibi DD. in Clementina unica de
officio Vicarij, Gonzales *supra numer.* 15.
Tertio, quando vicariæ perpetuæ vniun-
turi, nam tunc efficitur temporalis , & ad
natum possidentes instituitur Rector,
Gonzales *supra num. 16.* Quarta, negotia
& occupationes quibus ipse Rector causa
sui muneric, & officij destinetur, quo iure
Episcopus plures Vicarios instituit cap.
Ad hæc de offic. Archidiac. & cap. I. de ce-
lebratione Missæ. Quinta ratione pere-
grinationis ad pialoca suscepæ , & præ-
fertim ad terram sanctam, cap. *utim. de*
voto, & voti redempt. Sexta, ratione ægti-
tudinis corporis, & valetudinis incommo-
dæ, ex tit. de Clerico ægrotante, & per ali-
quot capita. Septima est, iusta absentia au-
toritate Episcopi approbata, vt ratione
studij litterarum , vel alterius occupatio-
nis iustæ , & idoneæ, cap. *Relatum de Cle-*
ricis

ricis non resident. & cap. Non opportet, de consecrat. distin. s. Octaua, ratione diuersæ nationis alio sermone, & lingua loquentis, cui Rector præficitur, cap. s. de offic. Ordin. Nena est, causa habendæ concessionis ad populum, cap. Inter cætera de præbend. & cap. Quod Dei timore, de statu Monachorum. Nam causa utilitatis, vel necessitatis Ecclesiæ Vicarius constituitur, cap. Exposuisti, de præb. Decima, cum Rector è ministerio, & officio deiicitur, vel remouetur à loco, cap. Ad audientiam de Eccl. edif. Undecima, cum Rector ad vitæ religiosæ statum se transfert, & in probatione versatur, capite De Monachis, de præbend. Duodecimo, cum id cedit in maius diuini cultus incrementum, capite Illud, & capite Nihil, quæst. 1. Azor videndus tom. 2. lib. 3. cap. 6. quæst. 3.

3 Aduertit tamē, & bene Gonzales sup. num. 17. & 18. multum operari consuetudinem apponendi Vicarium perpetuum,

aut temporalem; & quod sit attendendus
status ultimus, ad inspiciendum, sit ne
vicaria perpetua, vel temporalis, fuit re-
solutum in via Pamphilonem. decimarum,
i. Aprilis ann. 1591. ut ipse Gonzales, sup.
numer. 18.

D V B I V M VII.

An Vicaria temporalis sit beneficium?

S V M M A R I V M.

Vicaria temporalis non est beneficium, num. 1.

Rector potest ponere Vicarium temporalem
sine consensu patroni, num. 1.

Vicarius temporalis potest ad nutum amoueri per
apponentem, num. 3.

Vicarius temporalis non gaudet prarogatiis Re-
ctoris, num. 4.

Ordinari non potest ad titulum vicariae temporalis
num. 5.

In vicaria temporali non intrat octaua regula can-
cellariae nec de annali, num. 6.

Episcopus potest apponere Vicarium in beneficio re-
seruato dum vacat, num. 7.

Simo-

Simoniam committentes in vicaria temporali non incurruunt illius pœnas, num. 8.

1 **R**Espondeo negatiuè. Ita communis DD. & deducitur ex cap. Peruenit el 2. de appellat. cap. Cum ex eo, verb. Porro septenio, de elect. lib. 6. Extrauag. execrabilis, ibi Gloss. verb. Temporales, Ioann. XXII. & Trident. sess. 24. cap. 18. de refomat. post principium.

2 Ex quo fit primo, ut Rector Ecclesiæ patronatæ possit ibi ponere Vicarium sine consensu patroni.

3 Secundo, Vicarius temporalis potest ad nutum amoueri per illum, qui eum instituit.

4 Tertio, Vicarij temporales non gaudent prærogatiis, quibus gaudeat Rectores, & Vicarij perpetui, nisi id ex speciali priuilegio Papæ sit concessum quale est concessum vicarijs temporalibus apponendis per inclitum Collegium Complutense, in beneficijs eidem Collegio vniatis, Gonzales super octauam regulam Cancell. gloss. 5. num. 41.

5 Quarto neque ad titulum vicariæ tēporalis potest quis ordinari sacris Ordinibus.

6 Quinto , in ijs Vicarijs non intrat octaua regula Cancellariæ,nec regula de annali. Denique in nihilo istæ vicariæ, temporales regulantur, vt beneficia Ecclesiastica, nec comprehenduntur in reservationibus.

7 Consequenter, Episcopus potest ap̄ ponere Vicariū temporalement in beneficio reservato, vt inserviat illi dum Papa non prouidet. Ita Gonzales cum multis dicta glossa s. S. 3. anum. 35. usque ad num 47.

8 Consequenter sequitur, committentes simoniam in vicaria temporali non incurrere pœnas impositas contra simoniacos in beneficio, vt Papæ dixi
in tractatu de simonia.

D V B I V M VIII.

An Vicarius temporalis Parochi, seu Vicarij perpetui possit suam facultatem, & potestatem quam habet ex commissione, & ratione vicariatus alteri demandare, seu delegare.

S V M M A R I V M.

D Elegare potest amnis suam iurisdictionem qui eam habet ordinariam : secus si eam habeat delegatam, nisi sit delegatus à Principe, num. 1.

Delegatus ad uniuersitatem causarum etiam non à Principe delegatus potest unam, aut alteram causam delegare, nis. 3.

Delegatus non à Principe ad certas causas non potest suo nomine subdelegare, bene vero nomine delegantis & quomodo, num. 4.

Delegatus etiam à Principe non potest subdelegare cum facultate subdelegandi, num. 5.

Delegatus inferioris à Principe non potest totam causam, sed unum articulum, ut receptionem testium subdelegare, num. 6.

Ordi-

Ordinarius ut Parochus non potest inconsulto rotam suam iurisdictionem in perpetuum delegare bene ad breui tempus, num. 7.

Parochus non potest abesse, nisi per duos aut tres menses cum licentia Episcopi, num. 7.

Parochus an possit sibi assumere Vicarium ad longum tempus, num. 7. & 8.

Vicarijs temporales quatuor modis constitui possunt num. 9.

Vicecurati ab Episcopo constituti, & à Parocho (casu quo illum possit constituere) potest unam, aut alteram causam delegare, non vero totam curam, nisi sit in consuetudine positum, num. 10.

Delegati subdelegare possunt ubi est in consuetudine positum num. 10.

Vicarij, seu Vicecurati qui possunt unum alteram causam subdelegare, non possunt subdelegato dare facultatem subdelegandi, possunt tamen suo subdelegato dicere do facultatem, v. g. assistendi matrimonio Sacerdoti quem in delegaueris, num. 11.

Vicarius constitutus à Parocho praesente, an possit unam aut alteram causam delegare, num. 12.

ISolutio huius questionis pender ex illa questione videlicet quinam possit delegare, vel subdelegare suam iurisdictione-

ditionem, de qua latè Conninch. *disp.* 8.
de ministro Pænitentiae, *dub.* 4. & latius San
chez *lib.* 3. de matrimon. *disp.* 3. per totam,
& dixi, ubi de ministro Pænitentiae, & in
matrimonij materia *cap.* 9. *dub.* 5. circa quod
breuiter.

2 Dico primo, iij omnes possint suam
iurisdictionem delegare, qui eam habent
ordinariam patet, *cap.* *Cum Episcopus de*
off. Ord. in 6. sub quibus comprehenditur
Vicarius Episcopi, ut docet Conninch
sup. dub. 4. cit. num. 23. cum Sanchez *lib.* 3.
disp. 29. *nu.* 15. Contra vero qui solum ha
bet iurisdictionem delegatam non potest
eam subdelegare, nisi sit legatus summi
Principis, qualis in rebus sacris est solus
Summus Pontifex, constat ex *cap.* *Cum*
causam 62. de appellat. & *cap.* *fin. de off. de*
legati in principio. Ratio horum est, quia
Ordinarius habet iurisdictionem pro
priam, & officio commensuratam, qua
re potest eam exercere omnimodo, quod
officium exerceri postulat. At legato non
committitur totum ipsum officium, sed
tantum

tantum aliqua eius pars, ideoq; habet iurisdictionem restrictum ad certam functionem, v. g. ad ferendum iudicium ad hæc, vel illa Sacra menta ministranda, vel hanc, aut illam causam terminandam, quare non potest ea iurisdictione aliter uti, nisi ei expreſſe concedatur. Legato autem summi Principis conceditur, vt possit subdelegare: alijs vero legatis non est concessum, patet ex dict. cap. Cum causam.

3. Dico secundo, delegatus ad universitatem causarum potest subdelegare, etiam si non sit delegatus a summo Principe, vt cum multis tenet Sanchez lib. 3. disputat. 31. numer. 2. & 5. aitque communem sententiam, qui numer. 4. explicat, quid intelligatur per delegatum ad universitatem causarum, circa quod placet nobis explicatio Conninch dict. disput. 8. dub. 4. num. 25. 26. & 27. Nempe quando alicui committitur officium aliquod, cui annexa est iurisdictione, vt sit quando alicui committitur etiam ad tempus Vicarium officium pastoris absentis, aut vicaria guberni-

bernatio urbis, aut proconsulis; iij enim possunt, & si non omnes, vnam aut alteram causam delegare, quia reputantur Ordinarij.

4 Dico tertio, nihilominus tamen delegatus inferioris Principis non ad universitatem causarum, sed ad certas tantum causas, etiam si nomine suo non posset subdelegare; potest tamen nomine Ordinarij delegantis, quando scilicet Ordinarius delegans concessit illi subdelegandi facultatem, ut cum multis tenet Sanchez *sup. disp. 31. num. 6.* Quia tunc non videtur ipse delegatus subdelegare, sed Ordinarius delegans ad quod, ait Sanchez, sufficit tacita licentia Ordinarij, quod contingit, quando Ordinario sciente, & paciente, delegatus subdelegat, vel quando ex casu, & coniecturis sufficientibus apparet, id velle Ordinarius, ut docet Nauarr. *in cap. Placuit de Pænitent.* *num. 71.* Non tamen poterit Ordinarius concedere facultatem subdelegandi nomine ipsius delegati, sic dicens, *Subdelega nomine*

nomine tuo ; quia potestas subdelegandi non potest fundari in persona delegati, sic Sanchez sup. num. 8. cum Felino, cap. Su per questionum §. Si vero, num. 18. verb. Lmita, de off. delegati.

5 Dico quarto, nullus delegatus etiam Principis potest delegare sub facultate subdelegandi, quia non habet iurisdictionem ordinariam, & ex alio capite nullibi reperitur in iure talis potestas, Sanchez cum multis *sup. num. 9.*

6 Dico quinto, delegatus inferioris a Principe ad unam causam non potest rotam illam, seu articulum iurisdictionem continentem delegare, potest tamen articulum, qui nudi ministerij est, qualis est nuda receptio testium, de quo late Sanchez *sup. num. 10.*

7 Dico sexto, Ordinarius nequit totam suam iurisdictionem, inconsulto delegare in perpetuum, ut cum multis tenent Sanchez *sup. num. 11.* Potest tamen ad breve tempus, idem Sanchez dicit. num. 11. unde colligit, Parochii inconsulto Episcopo

epoco non posse in perpetuum alteri curā demandare, posse tamē ad breue tempus ex aliqua iusta causa, per breue tempus intelligitur spatiū trium hebdomadarū per cap. Si quis in clero 7. quæst. i. quod non possit in perpetuum probatur, quia non potest per Vicarium deseruire Ecclesiæ, ut habetur expresse cap. Extirpandæ, §. Qui verò de præb. nec potest id constitutio nē obtineri, ut docet Azor tom. 2 lib. 3 cap. 6. quæst. 4. cum Abb. in dict. cap. Extirpandæ. Probatur etiam ex cap. Cum eo, de elect. in 6. ubi dispensatur, quod per septenium Parochus studij causa possit à sua parochia abesse, dummodo Episcopus cureret, ut eo septenio durante per Vicarios ab Episcopo designatos cura administretur. Et Tridentinum sess. 23. cap. 1. decreuit, Parochus non posse abesse, nisi per duos, aut tres menses, & id ex licentia Episcopi, & relicto Vicario idoneo ab ipso Ordinario approbando. Ex quibus pateret per longum tempus, ut per spatiū duorum mensium non concedi, posse patēcū

assignare Vicarium , & sic intelligendi sunt, qui dicunt absolute, non posse Parœcum , curam animarum alteri committere.

8 Aduerterem tamen (si mihi liceat advertere) iura quæ prohibent Parœco, sibi assignare Vicarium in perpetuum, seu ad longum tempus, inconsulto Episcopo, loqui quando ex tali assignatione Vicarij, Parœcus à se abdicat curam , & totam in vicarium transfert , ita ut Parœcus nullo modo inferuiant curæ: non verò quando Parœcus retenta cura, & actualiter ei inferiens assumit sibi vicarium tanquam coadiutorem, eo quod populus est numerosus, & ipse solus non sufficit ad ei inferiendum iuxta dispositionem Tridentini sess. 21. cap. 4. dummodo non in perpetuum, seu ad titulum Parœcus ei conferat cura animarum, sed ad tempus cum limitacione. Fauet Cardinalium declaratio in dict. cap. Trident. Potest Parochus sibi alium Presbyterum ad curam animarum adiutorē accipere, modo sit ab Ordinario approbatus.

Et cum domini Cardinales non limitent tempus, nec ex postulent licentiam Ordinarij (modo sit ab eo approbatus) colligitur ex dicta declaratione, posse Parœcum absque licentia Episcopi sibi coadiutorem assumere ad longum tempus, dummodo non in titulum seu in perpetuum assumat illum. Facit etiam quod dicit Sylvest. excommunicatio 7. excommunicatione 19. dub. 12 num. 40. his verbis: Parochialis quantumvis simplex sit ei cura commissa, in adiutorium curæ potest ad tempus Sacerdotem Religiosum, vel alium sine alicuius superioris licentia assumere, qui eum adiuvet ad Sacraenta ministranda. Vide quæ diximus hoc cap. dub 3. verb. Quod limita. Quod autem cap. Exirpanda de præb. cap. Cum ex eo de elect. in 6. & Trident. less. 23. cap. 1. Loquuntur de cōstitutione Vicarij quando ei tota cura demandatur, non inserviente Rectori, patebit legenti: quia loquuntur, quando absens est Rector, vel studij, vel alia iusta causa absens inservire non potest; in tali ergo casu absens Re-

ctor nō potest sine licentia Episcopi sub-
stituere Vicarium ad longum tempus: be-
ne veró ad breue tempus, vt trium heb-
domadarum. In hac tamen re standum est
consuetudini scitæ, & approbatæ, nam si
Ordinarij sciunt suos Rectores per vñū,
aut duos menses abesse à suis Ecclesijs,
constituendo in ipsis Vicarium tempore
absentiæ, videntur id concedere, & ap-
probare.

9 Ut autem propositæ principali: quæ-
stioni respondeamus, claritatis gratia est
aduertendum, Vicarios Parochorum va-
rijs modis posse constitui. Primo consti-
tuuntur ab Episcopis in parochijs subie-
ctis immediate ipsis Episcopis carentibus
particulari Rectore, eo quod ipsi Episco-
pi sint earum Rectores, & Parochi totius
Diœcesis, ut contingit Hispali, Cordubæ,
Granatæ, & in alijs Diocesibus, in qui-
bus non existunt beneficia curata, d e quo
Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 31. num. 13.
Secundo constituantur etiam ab Episco-
pis in Ecclesijs habentibus proprium Re-
ctorem,

storem, in absentia tamen illius, vel parochiali vacante. Tertio, constituantur ab ipsis Episcopis, in parochia tamen habente Rectorem in adiutorium illius, quibus Vicarijs Episcopi concedunt facultatem regendi curam plenam, & absolutam, & independentem à licentia Parochi. Quarto, possunt constitui ab ipsis Parochis, & hoc duplice modo, vel hoc absentia Parochi ad breve tempus, modo sup. explicato, vel in praesentia Parochi in adiutorium eius, & in parte solitudinis his positis.

10 Dico septimo, Vicarij, seu Vicecurati ab Episcopo constituti in parochialibus nullum præter Episcopum habentem Rectorem possunt unum, aut alteram causam delegare alteri, ut audire confessio- nis, vel assistere in matrimonio. Idem dic de constituto ab Episcopo secundo, & tertio modo; tum etiam ab ipso Rectore in absentia ipsius Rectoris, casu quo illi concessum est, posse Vicarium constitue-re, modo sup. explicato, ita tenet Sanchez

*sup. disp. 31. num. 13. cum Angelo, Sylvest.
Nauarr. & alijs, & Henriquez lib. 6. cap. 7.
num. 3 lit. N. & Manuel Sà verb. Sacra-
mentum, num. 6. Ratio est, quia iij sunt de-
legati ab Ordinario ad vniuersitatē cau-
sarum officij parochialis in tota parochia;
tales autem delegati possunt vnam, aut
alteram causam subdelegare, vt dictum
est conclus. 3. num. 3. & tenet Gloss. Clem.
1. de priuileg. verb. Presbyteri, quod pro-
cedit, siue tales vicarij, seu vicecurati ad
longum, siue ad breue tempus fuerint
constituto, vt bene Sanchez supra numer.
14. contra Sylvest. verb. Vicarius, num. 8,
nam & si ab breue tempus fuerint consti-
tuti, sunt vere delegati (vt supponimus)
ad vniuersas causas. Attamen & si iij vica-
rij, seu vicecurati ad vniuersitatem cau-
sarum delegati possint vnam, aut alte-
ram causam delegare; non ramen pos-
sunt omnem curam, etiam ad modicum
tempus, dum absunt, delegare, quia dele-
gatus ad vniuersitatem causarum tantum
potest vnam, aut alteram causam dele-
gare,*

gare, ut tenet Sanchez *sup.n.15.* & dictum
est *conclus.3. num.5.* & docet S. Thom.
Qualibet.12.artic.33. ubi dicit: Vicarium
non posse totam suam potestatem, sed
solum partem delegare. Hoc tamen li-
mita, nisi consuetudo esset, ut iij vicarij,
seu vicecurati, dum ad breue tempus
absunt, substituant alterum subministra-
turum Sacra menta in ipsa parochia, nam
Episcopus vicecuratos instituens, & con-
scius talis consuetudinis, & tacens, vide-
tur tacite dare facultatem ad dictam sub-
stitutionem, ut docent *Syl.verb. Vicarius,*
quest.5. *Barbosa de off. & potestut. Parochi,*
cap.17.num.38. *cap.19.nu.38.* *cum Squillan.*
de priuileg. Cleric. cap.2.n.35. & *Nauar. cap.*
Placuit, de Pœnit. nu.71. ubi hanc appellat
licentiam tacitam, quando ex usu ita ap-
paret, & Medina tractatu *1.de Confessio-*
ne, quest. de licentia Vicecurati, hanc con-
suetudinem ubique obseruari, ut vicecur-
ati ab tempus absentes delegent alicui,
Sacerdoti Sacramentorum ministerium.
Et confirmatur, quia stante consuetudine

ut delegati delegent, possunt delegare, ut
habetur expresse i.e. cum praeter 12. verb. Itē
ij quibus, & ibi D.D. ff. de iud. vide Ber-
tach. in reportoriu lit. D. verb. Delegatus
subdelegat post principium, & Sanchez sup.
p. 15. qui nu. 16. infert, hunc substitutum à
Vicecurato, ubi est consuetudo, ut talis
curatus dum abest, substituat ad vniuer-
sam Parochiæ curam, posse legare licen-
tiam astanti matrimonio, aut ministran-
di aliud Sacramentum, quia est delegatus
ad vniuersitatem causarum, & non conser-
tur delegatus illius Vicecurati; ijs enim
non poterat delegare sic, sed est delega-
tus ipsius Ordinarij Scientis, & patientis
ipsam consuetudinem, quæ scientia, & pa-
tientia est quædam tacita licentia, ut di-
ctum est. Vide Ioann. Valero in differen-
tij utriusque fari, differ. 3. num. 6. verb Ju-
risdictione, & Ioann. Capeauillam in tracta-
tu de modo administrandi Sacra menta tem-
pore pestis.

II. Dico octauo, Vicarij, seu Vicecurati
delegati ad vniuersitatem causarum, quā-
uis

pis possit delegare aliquam partem, v.g. licentiam assistendi matrimonio, vel ministriandi aliquod Sacramentum, ut dictum est *conclus. 7.* Non tamen possunt illi subdelegato facultatem iterum delegandi, seu dare licentiam, vt possit illi concedere alteri Sacerdoti facultatem assistendi matrimonio, quia ut supradictum est, nullus delegatus potest delegare cum facultate subdelegandi, *Sanchez sup. num. 17.* Attamen esto ij delegatus non possit delegare cum facultate subdelegandi ; potest tamen suo delegato dicere, ex nunc ego do facultatem, v. g. assistendi matrimonio Sacerdoti quem tu designaueris, ita *Sanchez sup. num. 18.* quia tunc ipse delegatus non facit gradum, nec censetur delegare, sed censetur nudus minister principalis delegantis.

12 Dico nono, quando Parochus resi-
dens, & praesens assumit Vicarium locan-
tem operas suas, ut illum adiuvet, hic Vi-
carius no potest delegare, quia Parochus,
seu Rector non censetur illi plenas suas
vices

vices committere. Henriquez lib. 6. cap. 7.
num. 3. lit. N. Facit Navar. cap. Placuit, de
pænit. dist. 6. num. 69. vbi dicens Parochi
Vicarium posse delegare, loquitur de Vi-
cario in absentia Parochi constituto. Ita
Sanchez *supra numer. 19.* Barbosa *de offic.*
& potestat. Parochi, cap. 17. num. 38. cum
Squillan. *de priuileg. cleric. part. 2. num. 34.*
Quod quidem verissimum iudico, quan-
do Parochus præsens huic vicario, suo-
que coadiutori non demandauit totum
officium vicarij, nec commisit plenariè
totas suas vices, & facultatem, quia sic nō
est delegatus ad vniuersitatem causarum.
At si Rector tali Vicario totas suas vices
commisserit, non video cur Vicarius iste
ab ipso Rectore constitutus tanquam ip-
sius coadiutor, non possit vnam aut alterā
causam delegare, cum sit ad vniuersitatē
causarum delegatus ab habente ordina-
riam iurisdictionem, quidem delegatus,
vt latè docet Sanch. per totam *disp. 31. cit.*
potest ad vñā aut alterā causam delegare,
& parum facit ad præsens, quod sit dele-
gatus

gatus à Parocho absenti, vel præsenti, quia ad subdelegationem quod requiritur secundum Sanchez est, quod sit delegatus ad universitatem causarum, ad quod facit sententia Emmanuelis Sà verbo Sacramentum, numer. 6. his verbis, cui generaliter committuntur omnia exercenda in Parochia potest dare alteri Sacerdoti licentiam administrandi Sacramenta, approbato tamen ab Ordinario, & facit Conninch *disput. de ministro Paenitentiae dub. 4 num. 30.* his verbis. Sequitur tertio, hoc ipso quod aliquis, siue ab Episcopo, siue à Pastore ægroto, aut peregrinante, etiam ad certum tempus Vicarius in pastoratu constituitur, eum posse alteri Sacerdoti approbato subdelegare facultatem audiendi confessiones, nisi sit ei prohibitum. Et ratio est, quia demandatur ei non nuda potestas, sed officium. Secus (ait) est de his quos pastor assumit, ut eum in audiendis confessionibus adiuuent, quia ijs demandantur nuda potestas audiendi confessiones
hæc

hæc ille. Vbi assignat rationem quare hic ultimo modo designatus, videlicet quia nuda potestas est ei demandata, & particularis; ergo si plenaria fuerit ei concessa, & totum officium demandatum potuisset subdelegare, vt docet ipse de pastore ægrotante, & non distinguit de pastore prælenti, vel absenti; ergo si taliter delegare licet vicario, seu vicecurato, absente pastore, seu Parocho, idem ei licebit præsente pastore delegante, proindeque existimo hanc sententiam valde probabilem, & tutam.

F I N I S.

I N -

INDEX CAPITVM ET
DVBIORVM QVAE IN
hoc opere continentur.

CAPVT PRIMVM.

De institutione parochiæ , seu parœciæ,
& parochorum, eorumque præ-
eminentiæ.

- P**Arochii nominis origo , & ethimo-
logia, num. 1. 3
Quid sit parochus. ibid.
Parœciæ, seu parochiæ ethimologia
& definitio , num. 2. 4
Parœcorum, & parœciarum institutio , & à quo, &
quando initium habuerit. num. 3. 7
Parœcus, quibus nominibus in iure donetur, n. 4. 9.
Parœci præminentia, & dignitas, & an sit Præ-
latus, num. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 13. & 14
Beneficia curata non veniunt absolute nomine bene-
ficiorum, ideo horum debet fieri mentio in impe-
tratione, num. 5. 15
Rector in sua Ecclesia tantam habet potestatem,
quantam Prælatus cum Capitulo in Ecclesia Col-
legiate, num. 6. 12. In sua Ecclesia est velut in
dome

Index Capitum,

- domo propria, ut dicitur, Imperator ac Rex,
num. 7. 13
- Rectores succedunt 72. discipulis : assumuntur ab
Episcopis in partem solitudinis, n. 9. 14
- Status paræcorum in ordine est proximus statim
Episcoporum, num. 8. 15
- Rector venit nomine pastorum, n. 10. 16. Non verò
nomine dignitatis, ac proinde non commititur
ei rescriptio, ibid.
- Parochialis cura tanto est pretiosior, quanto est pe-
riculosior, num. 11. 16

C A P V T II.

In quibus ius Parochiale consistat.

- I**us parochiale, seu paræci ad duodecim capita
reducitur, & referuntur, num. 1. 18
- Quænam pertineant ad essentiam Ecclesiæ parochia-
lis, num. 2. 20
- Vicaria perpetua est propriè Ecclesiæ parochialis,
& eius Presbyter est vere paræcus, n. 3. 22
- Sepultura non probat Ecclesiam esse parochialem,
num. 4. 23
- Ecclesia nō definit esse parochialis, eo quod nō per-
cipiat decimas, num. 5. 23. Nec sequitur Eccle-
sia percipit decimas, aut primitias, ergo est paro-
chialis, nec è contra, num. 6. 24

Alberi

& Dubiorum.

*Alleganti esse parochiale incubit onus id pro
bandi, num. 7.* 25

*Ecclesia ut sit parochialis, requirit autoritatem
Episcopi, & dotem pro Sacerdote, & uno mi-
nistro, num. 8.* 26

*Bene sequitur Ecclesia est parochialis, ergo est bene-
ficium curatum, non tamen est beneficium cura-
tum, ergo est Ecclesia parochialis, nu. 9.* 26

*Cura animarum potest sumi largè & strictè, ac pro-
priè, n. 10. 27. Alia est attualis, alia habitualis
sola, attualis facit beneficium curatum, n. 11.* 28

C A P V T III.

*De prima conditione, seu iure parœcia-
lem Ecclesiam constituerente, quod est
ius ministrandi Baptismum.*

*Sacramentorum administratio (Ordine & Con-
firmatione exceptis) ad solos Parochos spectat,
num. 1.* 32

*Parochus tenetur Sacramentum, quod administrat
populo declarare.* ibid.

De officio Parochi remissiué. ibid. 33

*Minister Baptismi, triplex, nu. 2. 34. Ex officio est
solus Sacerdos, sub quo intelligitur Episcopus,
cui primo & per se de iure competit baptizare-
nus. 3. Alij vero Sacerdotes secundo, ibid.* 34

Soli

Index Capitum,

- Soli Episcopi & Parochi possunt licet baptizare;
num. 4. 36
- Vagabundi baptizandi sunt in parœcia ubi inueniuntur, num. 6. 41
- Baptizare potest quilibet Sacerdos etiam regularis,
ex commissione, seu licentia Episcopi, vel Parochi, num. 7. 41
- Ordinarius potest suam facultatem delegare, n. 7. 42
- Baptizandus est quisque in sua parochia, secundum
dispositionem Synodalem Valent. n. 8. 43
- Baptizare possunt solemniter Diaconi ex commissione
Episcopi, vel Parochi, ex iuxta causa, non autem
alij inferiores Cleri, nisi de licentia Papæ,
num. 9. 43
- Clericus Diacono inferior (secus si sit mere laicus)
solemniter baptizans, fit irregularis n. 9. 44
- Baptismi minister in necessitate est quilibet homo,
sive clericus, sive laicus, sive vir, sive fœmina,
sive fidelis, sive infidelis, hereticus, aut schismaticus, num. 10. 46
- Ius proprium Parochi est solemniter baptizare,
n. 12. 50

C A P V T III.

De secundo iure Paroeci, quod est ministratio Poenitentie.

Proprium ius Parochi est, ut ipsius quesumus cum eo
saltus semel in anno confiteantur, vel cum alio;

& Dubiorum.

de licentia tamen illius, num. 1. & 3. Aliter cōfessio erit inualida, nu. 1. & 2. Quod procedit de iure communi, ibid. 51. 52. & 53

Parochiani possunt ex priuilegio etiam tempore Paschalis cum alieno confiteri, num. 4. 53

Regulares ab Ordinario approbati, possunt ut suis priuilegijs, circa confessionem etiam inuitis parochis, num. 4. 55

Pœnitenti afferentise habere licentiam à proprio confitendi cum alieno credendam, &c. nu. 5. 56. Limita, ut ibi, de ministro pœnitentiae remisive, num. 5. 57

C A P V T V.

De tertio iure Parochi, quod est ministratio Sacræ Eucharistiæ.

Minister consecrationis Sacræ Eucharistiæ est solus Sacerdos, quamvis sit extemniciatus, &c. num. 2. 60

Minister sacræ Eucharistiæ, ex officio, debet esse Sacerdos: in necessitate, & ex commissione Sacerdotis si habere potest, poterit Diaconus etiam corpus ministrare, num. 3. 62. Sacram Eucharistiæ ministrare, solum licet pastoribus Ecclesiæ, ut Pontifici, Episcopis, & Parochis, num. 4. & 6. 64. & 66

Index Capitum,

- De licentia proprij post simplex Sacerdos etiam regularis, ministrare Sacra Eucharistiam, n. 7. 68
- Sufficit licentia tacita prasumpta, seu interpretationa, n. 8. Quid de extrema necessitate, ibid. 69
- Sacram Eucharistiā sumens de manu alterius, quā proprij pastoris, non satis facit communioni Paschali, nisi sit peregrinus, aut habeant licentiam Parochi, num. 9. 72
- Parochianus non satis facit præcepto sacræ Eucharistie, accipiens illam à Parocco Ecclesie Cathedralis, num. 10. 75
- Archipresbyter Cathedralis non potest ministrare Sacmenta alienis onibus ad illum venientibus. ibidem. 75
- Religiosi, ministrantes laicis sacram Eucharistiam præsumptuose, incurunt excommunicationem, num. 11. 76. Quid si laicus sit in articulo mortis, ibid. Et Parochus denegat Religiosis licentiam, num. 12. 78
- Religiosi habent priuilegia ministrandi in suis dominibus sacram Eucharistiam laicis, excepto die Paschalis ibid. 79
- Religiosi an possint ministrare sacram Eucharistiā suis familiaribus seu famulis, aut Tertiarijs per sua priuilegia, num. 14. 81
- Quid de Religiosis in partibus Indianis existentiibus, num. 15. 82

& Dubiorum.

C A P V T VI.

De quarto iure Paroeci, quod paroeciam
diebus festis in propria paroecia
Missam audiant.

Laudabilis consuetudo audiendi Missam in propria parochia, num. 1. 85. An hoc sit in precepto, num. 2. 86

Antiquitus prohibitum non dicere Missas priuatas ante conuentualem, seu parochialem, quae celebrabatur hora Tertia: & monetur ut populus ieunus ad eam accedat, num. 2. ibid.

Quas penas incurrat in assistens Missæ parochiali, num. 2. ibid.

Causæ cum Missa parœcialis audienda, sit in propria parochia, num. 3. ibid.

Missæ parœcialis est veluti tesera fidei catholicæ, num. 4. 88

An parœciani ita teneantur in sua paroecia Missam audire, ut si illam extra propriam paroeciam audiant, & peccent, & precepto de audiendo sacro satisfacisse minime censeantur. num. 5. 6. 7. 91. & 92

Missam audiens extra suam parochiam sine iuxta causa, & contemptu Rettore, peccat secundum

Index Capitum,

- ius commune. num 7. 92. Hoc ius commune est abrogatum per contrariam consuetudinem, modo absit contemptus parochi proprij nn.8. 94. Ideo satisfaciunt audientes Missam in Monasterijs, aut in Oratorijs, modo Parochus non contemnatur. n.9. & 10.* 95. & 96.
Paulus V. quomodo prohibuerit ne Missa dicatur in Oratorijs. num. 10. 96
Episcopus an concedere possit. vt dici possit Missa in Oratorio. num. 10. 97
D. D. Ioan. à Ribera prohibuit, ne Missa in diebus festis audiatur in Oratorijs , nisi sint infirmi. num. 10. 97
Episcopus Andegauensis quid disposuerit circa Missam paroccialem. num. 10. 98
Episcopus non potest præcipere sub excommunicatiōne, aut alijs pœnis (bene simplici præcepto) vt parochiani in suis parochijs Missam audiāt. nu. 11. 98. An teneantur ibi concionem audire. num. 12. 99
Vtilissimum est Parœco, & parœcianis, vt ij in sua parochia Missam audiant. num. 11. 99
An parœciani teneantur in sua parœcia Missam audire, si parœcus non possit vitam sustentare, nisi ex oblationibus, num. 14. 102
Parœcus an teneantur offerre Missam pro populo: & quid circa hoc dispositum sic in synodo Valent, num. 15. 103

& Dubiorum.

C A P V T VII.

De quinto iure Paroeci , quod est ministratio Extremæunctionis.

Solus Sacerdos est minister Extremæunctionis.
num. 1.

104

Religiosi ministrantes hoc Sacramētum sacerularibus
sine licentia pastoris quomodo peccant, & quas
pœnas incurvant, qualis licentiam sufficiat, n. 4.
107. Quis possit eam concedere, num. 6. 111

Religiosi oblatis nouitijs & seruitoribus an possint
ministrare hoc Sacramentum, nu. 5. 110

C A P V T VIII

De sexto iure Paroeci , quod matrimonij
celebratio.

Matrimonium debet celebrari in propria
Paroecia, & a proprio Parocho, n. 1. 114

Matrimonij ministri sunt ipsi contrahentes, num. 2.
ibid. Sacerdotis præsentia non est essentialis, sed
conditio necessaria, num. 3. 115

Matrimonia clandestina an fuerint valida ante Trident.
& annum aliquando valcent, n. 3. 116

Paroecus debet esse proprius contrahentium sufficit
ut sit unus contrahentis, num. 4. 117

X 3

Quas

Index Capitum.

*Quas pœnas incurrat alienis ouibus assistens , aut
illis benedicens ,* ibid.
*Parœci , & curati possunt dare alteri Sacerdoti
etiam regulari , ut suarum ouium matrimonia
assistat n.5. 118. Qualis licentia sufficiat & quis
curatus possit eam dari.* ibid. & n.7. 121.

C A P V T I X.

*De septimo iure Parœci , quod est suos pa-
ræcianos sepultura Ecclesiastica
donare.*

Doctores de sepulturis agentes , num. 1, 123

D V B I V M P R I M V M.

Quibus Ecclesijs competit ius sepeliendi.

*I*us sepeliendi corpora defunctorum competit Ec-
clesiae parœciali , num. 1. 123. Ceteris ex priu-
legio . ibid. 124

*Religiosi possunt sepeliri insuis Ecclesijs eos qui ibi
eligerint sepulturam n.2 125. Salua quarta &
iustitia parochiali , ibid. An possint processiona-
liter & Cruce erecta à sociari cadaner , & non
requisito Parœco , n.3. & 4. 127 & 128*

Reli-

& Dubiorum.

Religiosi an possint suos seruitores & famulos in suis Ecclesijs sepeliri, eisque Sacra menta ministrare, num. 5. 131

D V B I V M II.

*Ad quem spectet ius sepulturæ conce-
dete.*

Ius sepulturæ concedere spectet ad Episcopum,
num. 1. 133

*Quid disposuerit Concil. Prouinciale Valentini-
num, ibidem.* 134

Episcopus quomodo possit ius sepulturæ concedere,
num. 2. 135

*Admittere ad sepulturam propriam, quinam &
quomodo possunt, num. 2.* 136

Potest quis habere sepulturam propriam. ibid.

Ius sepulturæ quomodo probetur. ibid.

Simonia an sit aliquid accipere pro iure sepeliendi,
num. 3. 137

D V B I V M III.

*Vbinam sunt defunctorum fidelium corpora
sepelienda.*

Cad auera sepelienda sunt in loco sacro, aut be-
nedito, aliter sepultura non erit Ecclesiasti-
ca, num. 1. 140

Index Capitum.

Antiquitus cadavera non in Ecclesijs, sed in cæmeterijs, & locis ab Episcopo assignatis sepeliebantur, n. 2. 143. postea in atrio porticue ecclesie: deinde vero intra ipsam Ecclesiam, ibid.

DUBIUM III,

Vbinam sepeliendus Paræcianus qui non eligit sepulturam.

Defunctus quando non eligit sepulturam sepeliendus est in sepulchro maiorum si non habeat propriam sepulturam, n. 1. 145. Si non habeat sepulchrum maiorum sepeliendus est in propria parœcia, num. 2. 146

Exteri, & viatores sepeliendisant in Ecclesia: ubi moriuntur, nisi elegerint sepulturam, aut velit ad aliquem locum adspicari, num. 3. 146 Quid dissitum sit in Diœcesi Valent. circa hoc, ibid. Quid si in una Ecclesia audit diuina, & in alia percipit Sacramenta: aut si Ecclesia in qua sepeliendus erat sit interdicta, num. 3. 148

Vxor non electa sepultura ubi sit sepelienda: & quid obseruetur in Diœcesi Valent. nu. 4. 148

Filiij legitimi, & spurijs ubi sint sepeliendi, n. 5. 150 Nouitij sepeliuntur in Monasterijs, num. 6. 151

Prælati regulariter sepeliuntur in Ecclesia sua prælaturæ, num. 7. ibid. Relig.

& Dubiorum.

- Religiosi regulariter sepeliendi sunt in suis Monasterijs n. 8. 153. Limita ut ibi tertiarij vbinam sint sepeliendi num. 9. 154
Admittentes ad sepulturam in casu non concessi peccant mortaliter, & tenentur cadauer, & emolumenta restituere, num. 10. ibid.
Cadauer non potest retineri exhumatum propter ius sepulturae non solutum, num. 11. ibid.

D V B I V M V.

Vbinam sepelieadi sint, qui sepulturam elegerunt.

- Eligere potest quis sepulturam etiam in Ecclesia regularium, num. 1. 158
Electio sepulturae ut valida sit requirit, quod sua sit quarta canonica, de iure cōmuni, n. 2. 159
Eligens sepulturam debet habere liberum arbitrii, num. 3. 160
Impubes non potest eligere sepulturam, bene vero pubes, etiam sine consensu patris, num. 4. 161
Pater autem mater an pro filio impubere possit eligere sepulturam, num. 5. & 6. 161. & 163
synodus Valent. quod disponat circa electionem sepulturae à patre pro filio, num. 5. 162
Uxor, sicut maritus, potest sibi eligere sepulturam, num. 7. 164
Etc.

Index Capitum,

- Electio sepulturae in alterius arbitrium commissa
valet, num. 8.* 164
- Electio Sepulturæ potest probari per testes singula-
res, num. 9.* 165
- Sepulchrum familiæ quomodo probetur, n. 9.* 165
- Pactum, iuramentum, seu votum de eligendo se-
pulturam ad suggestionem regularium, vel cleri-
corum factum est nullum. est nullum & inducit
simoniæ, & electio est inualida, n. 10.* 165. Secus
si sola nuda & simplex interrogatio adsit, ibid.
- Pactum, iuramentum, seu votum, & eligenda se-
pultura, vel de obligandose ad certam sepultu-
ram, libere, & sine suggestione factum validū est,
& potest cogi ad illius obseruantiam, n. 11.* 167
- Accipiens fidei commissum, maioratum aut dona-
tionem, & ad stringens se ad eligendum sepultu-
ram ad voluntate testatoris, tenetur, n. 11.* 167
- Electio sepulturae voto, iuramento, aut promissione
facta ad inductionem clericorum, vel regularium
est nulla, & peccatum mortale, num. 12.* 168
- Potest quis sua sponte, voto, &c. se obligare ad
eligendum sepulturam, num. 13.* 169
- Inducentes ad eligendam sepulturam, & non ad
iurandum, &c. an peccent, & valeat electio,
num. 13.* 170
- Pactum inter Rectorem & Religiosos ne ipsi in suis
Ecclesijs paræcianos ad sepulturam recipiant an-
sit validum, n. 14.* 170. Violans dictam constitu-
tio-

& Dubiorum.

- tioinem peccat mortaliter, num. 15. 170
Iurans sepeliri in sepulchro maiorum an possit ibi
sepeliri, num. 16. 171
- Eligens sepulturam in Ecclesia S. Francisci, si a
Religiosis alterius Ordinis inducatur ad eligen-
dum sepulturam apud ipsos, potest in Ecclesia S.
Francisci sepeliri, num. 16. ibid.
- Decretalis Bonifacij non habet locum, quando laici
inducant ad sepulturam, num. 16. ibid.
- Decretalis Bonifacij solum loquitur de Religiosis,
& clericis, n. 16 ibid. & sufficit quod unus Reli-
giosus, vel clericus inducat ad sepulturam, vt
electio sit nullam, n. 17. 172. Sola inductio absq;
effectu promissionis, &c. non sufficit, ibid. 173
- Religiosi, vel Clerici inducentes ad sepulturam eli-
gendam tenentur restituere cadaver, & omnia
emolumenta proprie Ecclesie, n. 18. ibid.
- Religiosi, aut clerici inducentes, ad promittendam,
iurandum, vel vouchendum eligere sepulturam, aut
electam non mutandum, sunt excommunicati.
num. 19. 174
- Rapiens, aut spoliens funus perdit ius quod habet,
& tenetur restituere, num. 19. 175
- ## DUBIVM VI.
- Qui non possint eligere sepulturam.
- Eligere sepulturam non potest Religiosus amens,
nec

Index Capitum,

nec decapitandus, ut in num. 1. 177. in quibus
attendendo consuetudo, & quid in nostro Regno,
ibid. 178

D V B I V M VII.

Qui nam careant Ecclesiastica sepultura.

Carent Ecclesiastica sepultura primo concubinarij notorij, nisi in articulo mortis paenitentiant, num. 1. 179. Secundo, interdicti notorij, num. 2. 179. Tertio, publici, & manifesti usura-
rij nisi satisfecerint, num. 3. 180. Quarto, infidelis, index, heretici, num. 4. 180. Quinto, mani-
festi raptores, nisi &c. num. 5. 180

Sexto, decedentes in torneamentis, vel in duello morientes, ut in num. 6. Septimo qui semel in anno confessus non est, nec suscepit Eucharistiam, num. 7. 181

Otto, priuantur Ecclesiastica sepultura Religiosi proprietarij, a. 8. 182. quid si mortuus fuit cum bursa denariorum, ibid. Nono, decedens in paenitens in peccato notorio. Decimo, occidentes se ipsos, num. 10. 182. Quid si reperiatur mortuus in puteo, ibid. Undecimo, debent priuari Ecclesiastica sepultura non restituente decimas Ecclesiae. Item parricidae, n. 12. 183. Item publice blasphemantes Deum, nisi &c. num. 13. 183. Denique Clericus concubinarius notorius perseverans usque

& Dubiorum.

- usque ad mortem, num. 14. 184
Paræcus sepeliens quas pœnas incurrat, sepeliens
eum qui caret sepultura Ecclesiastica, n. 15. 184

DUBIV M VLTIM.

In quo aliquæ circa sepulturas resolutiones
referuntur.

- H**Aeredes defuncti quod clericos conuocare
possint, num. 1. 185.
Confraternitates non possunt accedere ad funeralia
nisi vocentur expressæ, num. 2. 187
Parochus non potest excludi ad sepeliendum cada-
uer, num. 3. 187
Regulares quando vocantur ad funus an debeant
prius accedere ad parochialem, num. 4. ibid.
Nulli licet leuare cadauer de domo irrequisito pro-
prio Rectori, num. 5. 188
Religiosi an possint cum Cruce intrare Parochias ad
lehanda corpora defunctorum ad suas Ecclesiæ
num. 6. ibid.
Religiosi decedentes extra claustra possunt deferri
ad suas Ecclesiæ Parochis inconsultis, n. 7. 190
Tertiarij an possint sepeliri in Ecclesijs regularium
inconsultis Parochis, ibid. 191
Cadauera quæ sepieliuntur in Monasterijs cum prius
deserenda sint ad paræciam ad vltimum vale,
num. 8. ibid.

Quan-

Index Capitum.

- Quando defunctus deponitur in parochiali , vt de-
focatum ad regulares an aliquid debeatur paro-
chiali, num. 9. 192.
- Parochus cum cadavere ingredi Ecclesias regula-
rium, & ibi permanet , non tamen in Officio de-
cantando se intromittere , attendenda tamen est
consuetudo. num. 10. ibid.
- Crux propriæ parochiæ, & non illa à qua desmem-
brata fuit deferenda est in funerarijs. n. 11. 193
- Parocco spectat facere Officium in funerarijs intra
limites suæ Parochiæ num. 12. ibid.
- Parochus sacerularis deferre potest stolam dum ca-
dauer sepelitur in parochia fratrum, n. 13. 193
- Ita etiam Parochus regularis in aliena paro-
chia, num. 13. 194
- In funerarijs quod Cruces deferenda, & quo ordi-
ne incedendum, num. 14. 194

C A P V T X.

De iure Paroeciali quod est perceptio
decimarum.

C A P V T XI.

De iure Paroeciali, quod est primitiarum
perceptio.

& Dubiorum.

C A P V T XII.

De iure Parochi, quod est oblationum
perceptio.

C A P V T XIII

De iure Parochi, quod est ius accipiendo
canonicam portionem.

D V B I V M P R I M U M.

Quid, & quotuplex sit canonica portio, &
quibus debeatur.

Canonica portio quid, & quare soluatur
num. 1. 198

Canonica portio alia Episcopalis, alia parochialis:
Episcopalis quid & an sit in usu, n. 2. 199

Cathedralium, quid & quare soluatur Episcopo, ibid.
Canonica parochialis, quid, & quare soluatur,
num. 3. 202

Religiosi seclusis priuilegijs tenentur soluere quar-
tam parochiale, num. 6. 205

Consuetudo legitima maximā habet vim circa quo-
tam quartae, & modo soluendi eam, n. 7. ibid.

Quid si parochianus elit in Ecclesia alienam sepul-
turam & propriæ reliquit legatum æqualæ quar-
tae, num. 8. 207

Syno-

Index Capitum.

Synodalis constitutio circa quartam, & modo sola
uendi seruanda est, num. 9. 207

D V B I V M II.

Cui debeatur quarta Parochialis.

Quartā parochialis debetur parochiæ in qua
quis suscipit Sacra menta, & audit diuina,
num. 1. 2. & 3. 209. 210. & 211

Quarta an debeatur ex morte nouitij, num. 4. 212

Quarta cui debeatur si tempore sepulturæ propriæ
parochia erat interdicta, num. 5. ibid.

Quid si quis eligat sepulturam in propria parœcia,
illi nihil legans, alijs vero multum, n. 6. 213

Quarta aliquando debetur Ecclesiæ Cathedrali,
num. 7. 214

In dubio an quarta debeatur Parocho, aut Episcopo
Præfertur Parochus, num. 7. 215

Parochus potest petere suam quartam tāquam de-
bitum, num. 8. 216

Quarta parochialis à quibus soluēda sit de iure co-
muni, n. 9. ibid.

D V B I V M III.

Quomodo, & quo iure tencantur regulares,
soluere quartam ratione sepulturæ
ibi electa.

Religiosi secundum ius commune tenentur sol-
uere quartam, nu. 1. 219. à quo tunc cogendo
sint

& Dubiorum.

- sint ad huius solutionem, *ibid.* 220
Religiosi exempti sunt à solutione quartæ per priuilegia Papæ, num. 2. 222. ut autem priuilegium valeat, quod per illud fuerit expresse derogatum Clementinæ Dudum de sepult. n. 3. & 4. 223
Communicatio priuilegiorum non extenditur ad ea quæ sunt alijs præiudicialia, num. 5. 224
Priuilegia regularium circa exemptionem quartæ an sit per Tridentinum revocata, num. 6. 224. aut per Bulla Greg. XIII. num. 8. 227
Alleganti incumbit onus probandi, n. 7. 225
Religiosi casu quo teneantur soluere quartam, de quibus illum soluere debeant, n. 9. 228
Pacta cum Rectoribus parochialium, & Prioribus Monasteriorū circa quartā, an seruari debeant, num. 10. 229

D V B I V M III.

Quomodo consuetudo excusat à solutione quartæ Canonicæ,

- C**onsuetudo ut liberet à solutione quartæ debet esse præscripta, num. 1. 231. quātum temporis requirat *ibid.* & num. 2. 233
Renuntiatio aut compositio circa quartam, an sit valida, num. 3. 234
Priuilegium ad non faciendum non perditur, uno aut bino actio, num. 4. 235

Index Capitum.

Præscriptio contra bona regularium debet esse cœtenaria, num. 5. 236

D V B I V M V.

De quibus soluenda sit quarta Parochialis.

Quarta parochialis soluēda est de omnibus quæ obueniunt ratione funeris, n. 1. 237

Funeralia quæ dicantur, ibid.

Cerei possunt accipi in die defunctionis, & die sequenti, si solemniori pompa pro defuncto Missa cantatur. num. 2. 239

Quarta debetur de cereis, seu candelis quæ cum caddauere deferuntur, item de illis quæ in feretro deferuntur, nu. 3. 239. Limita tamen in quatuor casibus alia num. 4. 240

Quarta canonica debetur de omnibus donatis, vel legatis causa mortis, vt in num. 5. 240. & seqq.

D V B I V M VI.

Quid disponat circa canonicam portionem, sine quartam, synodus Valentina.

D. Martinus ab Aiala Archiepiscopus Valent. quid disposuerit insua synod. circa quartæ solutionem, n. 2. & 4. 247. & 248

D.D.

& Dubiorum.

- D. D. Ioannis à Ribera Archiepiscop. Valent. quid
disposuerit circa quartæ solutionem, n. 3.5.6.7.
8.9.10. & 11. 249. 250. 251. 252. 253. & 254. 255
- D. D. Fr. Isidoro Aliaga Archiepiscop. Valent.
quid disposuerit circa quartæ solutionem in sua
synodo, num. 12. 255
- An soluere quartam sit contra ius commune, n. 13.
& 14. 256. & 260
- Quarta parochialis an debeatur ex eleemosynis,
num. 15. 262
- Parochus an possit renuntiare quartæ sibi debitæ,
num. 10. 263

CAPUT XIII.

De ultimo iure Parochi.

DUBIVM VNICVM.

In quo ius hoc consistat.

- D. E ssentia parochialis est quod tantum habeat
vnum Rectorem seu Parochum, n. 1. 264
- Omnia iura quæ pertinent ad Ecclesiam parochia-
lem pertinent etiam ad Parochum, n. 2. 266
- Parochus tenetur habere alium clericum, vt illa
adiuuet, num. 3. 267

Index Capitum,

- Episcopus quando populus est numerosus potest iuxta Trident. potest cegere Rectorem, ut sibi assit coadiutores ad Sacraenta ministranda,* num. 4. 270
Episcopus quando possit nouas parochias erigere, seu desmembrare, num. 5. 271
Rector an possit sibi asciscere Vicarium temporale, num. 4. 270

CAPVT VLTIM.

De Vicarijs perpetuis, & temporibus.

DVBIVM PRIMVM.

Quid & quotuplex sit Vicaria.

- V**icarius ijs dicitur, qui alterius vices gerit, & in loco illius sufficitur, n. 1. 274
Summus Pontifex dicitur Vicarius Christi. num. 1. habet Romæ suum Vicarium, ibid.
Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi late dicuntur Vicarij Papæ, n. 2. 274. ij habent suos Vicarios generales, & foraneos, ibid.
Vicarij Parocherum alijs sunt perpetuo, alijs vero temporales, num. 3. 275

& Dubiorum.

D V B I V M II.

A quo, in qua Ecclesia, & quibus de causis possit Vicarius perpetuus constitui.

Vicarius perpetuus quis, num. 2. 278

Vicarius perpetuus à quo quando, & quomo-
do instituendus, num. 3. 278

Rector non potest Sacra menta ministrare in vicaria
perpetua sibi anexa, ibid.

D V B I V M III.

An Vicarius perpetuus habeat beneficium Ecclesiasticum, seu an vicaria perpetua sit beneficium Ecclesiasticum.

Vicaria perpetua est verum beneficium curatum,
num. 1. 280

Vicarius perpetuus remanet mortuo Rectori, ibid.

Vicarius perpetuus an dici possit Rector, n. 2. 281

Rector principalis an possit exercere suam iurisdi-
ctionē in vicaria perpetua sibi adnexa, n. 2. 282.

D V B I V M IIII.

An Vicarius perpetuus habeat ius percipiendi
decimas.

Vicarius perpetuus multum ius habet ad deci-
mas seu primitias si in erectione vicariæ ei est
affig-

Index Capitum.

- assignata certa portio, num. 1.* 284
*Vicarius perpetuus sic debet honorari in loco, &
alys sicut ijs cuius vices gerit, n. 3.* 285
*Regula de idiomate habet locū in vicario perpetuo
nu. 4. item regula de annali, nu. 3.* 256. & seqq.

D V B I V M V.

A quo debeat fieri præsentatio & institutio
Vicarij perpetui.

- P**atronatus vicariæ perpetuae spectat ad Recto-
rem principalem si patronus sit laicus præsen-
tat quem voluerit, num. 1. 289
Concursus an requiratur in vicaria perpetua,
num. 2. 290
Vicaria perpetua quando, & quomodo erigenda,
num. 3. 291

D V B I V M VI.

Qibus de causis soleat Vicarius temporalis
constitui.

- V**icarius temporalis ijs dicitur qui ad tempus
constituitur, num. 1. 293
Vicarius temporalis ex multis causis constituitur,
num. 2. 293
Consuetudo apponendi Vicarium multis operatur,
num. 3. 295
D V-

& Dubiorum.

D V B I V M VII.

An vicaria temporalis sit beneficium.

- V**icaria temporalis non est beneficium, num. 1.
Rector potest ponere Vicarium temporalem
sine consensu patroni, num. 1. 297
Vicarius temporalis potest ad nutum amoueri per
apponentem, num. 3. 297
Vicarius temporalis non gaudet prærogatiis Re-
ctoris, num. 4. 297
Ordinari non potest ad titulum vicariae temporalis
num. 5. 298
In vicaria temporali non intrat octaua regula can-
cellarie, nec de annali, num. 6. 298
Episcopus potest apponere Vicarium in beneficio re-
seruato dum vacat. num. 7. 298
Simoniam committentes in vicaria temporali non
incurrunt illius pœnas, num. 8. 298

D V B I V M VIII.


An Vicarius temporalis Parochi, seu Vicarij
perpetui possit suam facultatem, & potestatem
quam habet ex commissione, & ratione
vicariatus alteri demandare, seu
delegare.

Delegare potest amnis suam iurisdictionem
qui eam habet ordinariam : secus si eam
habeat


Index Capitum,

- habeat delegatam, nisi sit delegatus à Principe,
num. 1. 300
- Delegatus ad universitatem causarum etiam non
à Principe delegatus potest unam, aut alteram
causam delegare, n. 3. 302
- Delegatus non à Principe ad certas causas non po-
test suo nomine subdelegare, benevero nomine de-
legantis & quomodo, n. 4. 5. & 6. 303
- Ordinarius ut Parochus non potest inconsulto te-
tam suam iurisdictionem in perpetuum delegare
bene ad breui tempus, num. 7. 304
- Parochus non potest abesse, nisi per duos aut tres
mensis cum licentia Episcopi, num. 7. 305
- Parochus an possit sibi assumere Vicarium ad lon-
gum tempus, num. 7. & 8. 306
- Vicarijs temporales quatuor modis constitui possunt
num. 9. 308
- Vicecurati ab Episcopo constituti, & à Parocco
(casu quo illum possit constitutere) potest unam,
aut alteram causam delegare, non vero totam
curā, nisi sit in consuetudine positum, n. 10. 309
- Delegati subdelegare possunt ubi est in consuetudi-
ne positum, num. 10. 311
- Vicarij, seu Vicecurati qui possunt unum alteram
causam subdelegare, n. 11. 313
- Vicarius constitutus à Parocco præsente, an possit
unam aut alteram causam delegare, n. 12. 314

F I N I S.









A

16- 481